100 eoipso est doctor vtriusque iuris authoritate, non scientia, quod dictum sequitur And. sicu. in rub. de test. in. xxxix. col. nu. xvij. in fi. & ideo iste tex. cum ministerio vtitur verbo censetur, quod fictionem denotat: vt dicit Domini. ij. in. iij. glo. in alio proposito, & ita intelliguntur quae scribit Abb. ad declarationem istius tex. in. c. cum ex literis. in. v. no. de resti. in integ dum dicit, quod ista verba text. quod papa habeat iura in scrinio pectoris, intelliguntur propter multitudinem peritorum, qui illi assistunt, Quod vltra ipsum, ratione probatur, quia ideo illud sibi contingit, Quoniam facilius res ad memoriam reducitur quando a pluribus perscrutatur: vt in. c. fi. xx. dist. facit quod dicit Domi. in. c. per hoc, §. verum. j. de haere. & Abb. in. c. prudentiam per illum tex. in. j. col. de offi. delega. & isto modo declarari debet regula Abb. in. d. c. cum ex literis. & licet non eo modo ipse dicat, sicut praemissum est: tamen pro opinione eius, est casus in. l. omnium. C. de testa. ibi inter tot notabiles probatasque personas quae conscientiam principis tenent, quem tex. ad hoc And. sicu. ponderat in consi. j. in viij. col. i. j. vol. & consi. j. in. xxvj. col. in. iij. vol. & no. Cor. in consi. cc. in. iij. col. lib. j. & illam rationem Abba. in. d. c. cum literis. approbat Bartho. belenzinus in trac. de charita. subsi. q. lxvj. col. vij. vbi etiam aliam rationem reddit, quam ibi videas, & And. sicu. in rub. de testa. in. xlviij. colum. nu. xvij. in fi. & hoc quantum ad primum dictum Domi.

¶ Secunda conclusio colligitur ex praedicto not. Domi. quod adeo in papa scientia iuris praesumitur quod secundum

rescriptum

rescriptum valet de iure mentionem non faciens,& hoc procedit etiam sine clausula non obstan. vt idem Domi. firmat. Ita intelligẽdo istum text. in. c. statutum. in. iij. col. ver. no. bene istam glo. l. tit. pximo,& videtur sequi Fely. licet de Domini. mentionem non faciat in. c. j. in. iiij. col. ver. limita. iiij. de rescri. vbi dicit ꝙ paris potentiæ est rescriptum & lex ad tollẽdum primum ius: & hoc idem tenet Egidi. deci. dcxcviij. ❡Sed tu audias, ꝙ dictum istud Domi. Fely. & sequacium, quod ab alijs tacite approbatur, mihi non placet, nec simpliciter est verũ: nam illud in primis reprobat Abb. in. c. j. in. ij. colũ. de rescrip. Nec illud dictum ex tex. isto colligitur, qui de lege loquit̃ contraria primæ constitutioni, sed rescriptum contra ius, nõ solum illud non tollit, sed nec tale rescriptum valet. l. fi. C. si contra ius vel vtilita. publi. & l. nec damnosa. C. de præci. impe. offe. c. j. de rescrip.

❡Et ideo vt saluari possit dictum Domi. opportet dicere ꝙ dictum eius intelligatur & suppleatur qñ in rescripto apposita fuisset clausula non obstan. vt probatur in c. nonnulli. de rescrip. al's rescriptum tale esset illico abijciendum: vt dicit Abb. per gl. hic in. c. pastoralis. in fi. de fide instru. Pro quo facit doctrina Bar. in. l. fi. in fi. C. si cõtra ius vel vtilita. publi. & quę tradit Andre. sicu. in rub. de rescrip. in cle. in. xvij. col.

❡Sed ista suppletio seu defensio potest morderi per ea quę dicunt domini de Rota decisi. iij. in nouis in. ij. colũ. Vbi volunt, ꝙ per clausulam non obstan. non tollitur dispositio iuris communis,& etiam quia ipse Domi. declarando istum text. & dicta sua hic cõtrarium dixit in dicto c. statutum. videlicet ꝙ non requitur clausula non obstã.

101 & hoc alia ratione probatur, † quia isto casu videlicet, qñ rescriptum continet clausula non obstã. rescriptum mutat nomen,& transit in priuilegium: vt dicit glo. in ver. noscatur. Nam rescriptũ proprie dicitur, illud quod est ad obseruantiam iuris communis, non contra ius. l. falso. C. de diuer. rescrip. & tradunt Moder. in rubri. extra de rescrip. vt dicam infra in rubri. eiusdem titu. & in hoc differt a priuilegio, quod est contra ius commune: & sic illud dictum Dominici nullo pacto videtur verum, & cõtrarium eius, quod hic dicit, tenuit idem Dominicus

post Ioan. andre. & Pet. de ancha. in. c. j. in. ij. columna in glo. inventione. J. de excessio. praelato. Nec obstat si dicatur, ꝙ papa scribendo contra ius, censetur habere scientiam iuris: & ideo non opus est, ꝙ faciat mētionem de iure: prout late dicemus infra in alio notabili. Quia respōdetur, ꝙ illud procedit quando princeps scribit statuendo per viam legis: vt hic dicit tex secus autem est, quando concedit rescriptum contra legem: quia tunc praesumitur circumuentus, & rescriptum potius per importunitatem obtentum: vt dicit hic glo. & Felyn. in. c. cum a nobis. in. ij. colum. de testi. Praesertim cum in isto casu reperiatur facta prouisio a iure in. d. l. fina. C. si contra ius. Vbi disponit ꝙ rescripta contra ius non valeant: & pro ista parte facit dictum Cardi. in clemen. finali in fine de electio. dum vult ꝙ ex quo tex. ibi dicit ꝙ non valet licentia concessa religioso a suo superiore generale, ꝙ possit consentire electioni de se factae si papa scriberet, & concederet licentiam religioso, talis licentia ex quo contra ius non valeret, & praesumeretur per importunitatē obtenta: vt dicit glo. hic in versicu. noscatur. vbi videndum erit: & ratio differentiae in praedictis est: quia ꝙ lex tollat legē, illud est ratione aequalis potentię, & vtilitatis. c. non debet. de consanguini. & affinita. & illa vtilitas quae in vltima lege cōsideratur, est eiusdem effectus, cuius erat prima, scilicet, perpetua & communis: & tali modo conseruatur regula, quae ponitur in. c. j. de regu. iur. In rescripto vero illa non militant, cum sint minoris potentiae, vt dicit Salyce. in. l. finali. C. quae sit longa consuetu. & in. l. j. C. de ser. reipu. manumis. Quia rescripta sunt ad priuatam vtilitatem, & stricti iuris: & ideo non afferunt commodum in vniuerso, nec vtilitatem perpetuam: vt in terminis nostris probat Deci. in. c. fina. in. ij. colum. nume. 5. de constitutio. cum simi. vt scribit And. sicu. in. c. ij. in vj. col. de rescrip. facit. c. plerunq. eo. ti. & ideo est ꝙ per illud lex cōmunis tolli non debet, nec dissolui, nisi a pari
102 & eadem potentia. d. c. j. ¶ † Vel secundo potest dici, ꝙ princeps condēdo legem vtitur plenitudine potestatis, ex quo illam facit ex certa scientia, & motu proprio, non ad alterius suggestionē: vt no. dicit Bar. in auc. quas actiones. circa fi. C. de sac. san. eccle. & in. l. j. in fi. C. de bo. va.

lib.x.& ita intelligitur.l.fi.C.de legi. & hoc ratione proba tur:quia certa sciencia principis quæ in lege condenda concurrit æquiparatur plenitudini potestatis: vt no.singulariter Inno.in.c.innotuit.de elec. tenet Bal.in.l.eos. in prin.C.de appel.cum concor.vt scribit Alex.in cons. xcij.perspectis diligen.in.vj.col.nu.32.in.vj.vol. & ideo illa absoluta potestas,hoc operatur,vt prima lex contra
103 ria etiam absolute tollat,non facta aliqua mētione,† Nā vbi est certa sciencia, frustra fieret mentio. argu.l.j.in fi. ff.de dote prælega.c.si motu proprio.de præben. lib.vj. facit.l.quidam.ff.de re iud.nam illud requisitum ad hoc fit,vt sciencia detur, qua habita non requiritur vlterior solemnitas.arg.l.de vno quoq3.& quæ ibi Alexan.not.ff. de re iudi.&.l.iij.ff.ꝙ quisq3 iur.& ſm hoc habes,ꝙ statutum,& rescriptum multum differunt : & dico in vna.q. super regula de annali.¶ Ex quo infertur ꝙ male dicit Anto.de bu.& Imo.in.c.qui in ecclesiarum.de consti. & Alex.in consi.ij.in pe.col.l.j.dum volunt ꝙ rescriptum, & statutum æquiparātur:& hoc idem tenet Ias.in.l.pe.in ij.col.ff.de iusti.& iur.Nam ex pdictis patet contrariū: & ita in alio casu illos reprehendit Deci.in.c.cum accessissent.in.iiij.colū.de consti.¶Saluari tñ posset alio modo dictum Domi.ꝙ dictum suum procedat qñ rescriptum non est contra ius,sed ſm ius cōe,Nam tali casu idem iudicatur de illo rescripto,quod de iure: vt cōcludunt oēs in.c.j.de rescrip.& tenet glo.hic in ver. facti vbi dicetur:
104 †& ideo sicut in secunda lege non requirit,ꝙ fiat mētio de prima,ita in rescripto continente idem quod ius cōe. ¶Tamen adhuc contra hoc instabit subtilis,& dicet,nō est dare casum in quo istud dictū Domi.possit saluari:qa si lex concordat cum rescripto,sumus extra casum istius tex.qui de legibus contrarijs loquitur:& clā non obstā. de qua Domi.meminit,ita demū ponitur,qñ ius obstat, sed eo casu quo rescriptū cum iure concordaret,non dr obstare ideo &c.& si dicis,ꝙ rescriptū pōt cōtinere idem quod scd'a lex cōtraria primæ,istud ēt non sufficit,ex eo qa cum lex prima sit per scd'am sublata, frustra disputabit,an rescriptū dēat facere mētionē de prima lege, vel nō,p ea q̄ no.Fely.dicit in.c.ex tenore.in.j.col.de rescri. ¶Et ideo cogitabā adhuc vt cessent oēs difficultates, si

posset dici, ꝙ si rescriptũ quod est contra ius non infert alicui præiudiciũ qñ de tali rescripto est bñ informatus princeps, putarẽ per illud esse derogatũ iuri ẽt nulla fa-cta mẽtione: & ita intelligit dictum Domi. hic, & in. d. c. statutũ. Aut vero rescriptũ est contra ius, & in pręiudiciũ tertij, in fauorẽ cuius illud ius facit: & tunc aut illud præiudicium est magnum, quia priuatur iure quæsito, & tũc tale rescriptum non valet. Et ita procedant iura contra-ria in dicta. l. fi. & l. nec dãnosa. cum simili. Aut per illud rescriptum contra ius fit modicum præiudicium tertio, & tunc rescriptum valet cum clausula generalis, non ob. stan. & aliquando sine clausula: & ita procedat gl. in vers. noscatur. j. eod. facit tex. in. l. quotiens. C. de pręci. impe. offeren. & ista mea distinctio optime probatur ex dictis Alex. licet non ita specifice ipse dicat in consi. clxxxvij. v i deretur. in. vj. colũ. ver. idem consuluit. in. v. volu. & hoc idem expressius dicit in consi. iij. col. iij. in. vj. volu. Pos-set ad hoc etiam adaptari pro defensione dictorum Do-minici alia notabilis distinctio quam idem Domi. ponit infra in glo. noscatur. in fine, quem videas. Et per ista ha-bes perfectissime enucleata ita dicta Domini. super isto primo notabili, Quo retento.

¶ Pro vera & clara notitia istius materiæ & intellectu hu ius tex. reassumo regulam primam Dominici hic, quam ampliabo, & limitabo nouiter vltra alios scribentes.

¶ Regula igitur est, ꝙ in principe non cadit ignorantia iuris: quia cẽsetur habere omnia iura in scrinio pectoris.

¶ Amplia primo istud dictum, per ea quæ dicit Abb. in capitulo vestra in primo notabili, de cohabitatione cleri-
105 corum & mulierum. vbi dicit, † ꝙ ex quo princeps habet iura in scrinio pectoris, allegatio generalis est sufficiens coram eo, quẽadmodũ coram maximo doctore. ¶ Sed tamen aduertendum est, ꝙ istud non est simplr̃ verum: put dico late in. c. cũ in multis. j. tit. proximo, vbi vidẽdũ
106 erit. ¶ † Secundo per istum text. dicit Abb. in. c. dudũ. el j. in. j. col. in fi. de elec. ꝙ licet appellatione allegationum contineãtur tam allegatione iuris, ꝙ facti: vt tenet domi-nus Antonius in. c. pastoralis. de causa posses. & Barro. in. l. consentaneum. col. pen. C. qũo & qñ iudex. Tamen si fiant huiusmodi allegationes coram principe, condi-

nentur tantum allegationes facti, vt sunt exceptiones, replicationes, & similia non iuris, cum coram eo non sit necessaria illa positio, quia in eo nō cadit ignorantia iuris. c. sæpe. in prin. de appel. faciunt ad hoc plura quæ congerit Felyn. in. c. in causis. de re. iu. ¶ Istud etiam dictum videtur dubitabile, quia iure non ꝓbatur: nam si de natura verbi allegatio continentur allegationes tam iuris q̄ facti, non video rationem, quare illa verbi proprietas respectu principis restringatur. Nec obstat ꝙ habet iura in scrinio pectoris: quia illud intelligitur interpretatione, nō vere & effectualiter, vt dictum est superius: & ideo decipi potest, & errare: & propterea requiritur informatio, & allegatio, vt ex hoc certificetur. Probatur hoc per tex. in. l. nec damnosa. C. de præci. impe. offer. iuncto. c.
107 nonnulli. de rescrip. † Nam videmus ꝙ rescripta contra legem non valent. d. l. nec damnosa. & tamen cum clausula non obstan. valent. d. c. nonnulli. ratio redditur per omnes, quia princeps propter multitudinem negociorū præsumitur circunuentus, & obliuisci: vt vult hic glo. & tex. in. c. si quando. de rescrip. & c. ex parte. de offi. dele.
108 Ista ratio militat, qn̄ coram eo fiunt allegationes. † Nam propter multitudinem negociorum requiritur ꝙ etiam allegetur in iure, vt sit bene certificatus: quia potest contingere ꝙ princeps sit ignarus & nesciat iura, & ideo cœcus male de coloribus iudicaret, & si illa ratio esset vera, ꝙ realiter haberet in scrinio pectoris, deberet valere rescriptum contra ius, ex quo præsumeretur illud scire, cuius contrarium dicitur in. d. l. nec damnosa. & in. l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. dicas ergo, ꝙ illa ratio aliter intelligenda est, vt dixi.

¶ Tertio per regulam istius text. dicit nota. Rota Decisi. dcx. in tit. de subrep. in antiquis ꝙ surreptio circa malā deductionem iuris communis siue qualitatis non viciat, cum non dicat papa decipi qui habet iura in scrinio pectoris, secus si esset qualitas facti: quia bene tunc subreptio viciaret, & ita dicit ibi Rota respondisse Vrbanum papam cuidam Auditori: & sequitur Fely. in. c. super literis. in. v. col. in fi. ver. exprimen. sunt de rescrip. & ibi alleg. illam deci. Rotæ licet corrupte: & idem tenet Rota in deci. ccij. incip. nota ꝙ quis. in tit. de impetrationibus. in

antiquis, vbi tenet ꝙ impetrans decanatum vel archidia
conatum non est opus, ꝙ faciat mētionem de cura, cum
illa insit a iure. c. ad hęc. de offi. archidi. & ita etiam tenet
Ber. de besigneto in decisi. xiij. tit. de præben. & Deci. in
c. cum adeo. in. iij. not. de rescrip. cum concor. vt scribo
in trac. meo de qualitatibus in impetratiōibus exprimē.
109 fo. j. † Sic etiam videmus, ꝙ si monachus dicit se nobilē,
non est surreptio, licet per professionem expirauerit sua
nobilitas, quare papa nō dicitur decipi: vt concludit Ro-
ma. in singu. xxxvij. vtrum nobilis, quem cum alijs simi-
libus refert, & sequitur Iason in. l. ij. in. ij. col. si contra ius
vel vtilita. publi. Fely. in. d. c. super literis. in. vj. colum. &
quidam Bonus de curtili in tracta. nobilitatis. in. ij. parte
nu. 29. & late Fely. in. c. in nostra. in. iiij. corre. de rescrip.
& Andre. sicu. in. c. ad aures. in. j. &. ij. columna de rescri-
ptis. & licet ibi post Hostien. & Ioan. andr. hoc in conten-
tionem adducunt, tamē illud dictum de nobilitate com-
muniter tenetur. ¶ Illud tamen quod dictum est, ꝙ non
sit opus facere mentionem de cura, videtur magis dubi-
tabile: nam confunditur per text. in. c. cum in illis. & ibi
not. Domini. ꝟ. de præben. eo. lib. & per dictum Cardi. in
consil. xxx. in hac dubia. & hanc opi. tenet expresse Imo.
post Calde. in. c. in nostra. de rescrip. & est cōmunis opi.
¶ Sed in vno casu defendi potest prædicta opinio Do-
minorum de Rota, videlicet, quando cura fuisset annexa
ratione dignitatis, per ea quæ Domi. dicit per illum tex.
in. c. super eo. ꝟ. de præben. eod. lib. & Oldra. consi. cij. fa-
ctum tale est. & rota deci. xlvj. in tit. de rescrip. in antiqs.
¶ Quarto per istam regu. dicit Abb. in. c. examinata. in
110 gl. fi. de confir. vtil. † ꝙ si confirmatio sit facta a principe
ex certa sciētia, ꝙ dictio sicut in ea posita nō stat cōditio
naliter, sed causal'r. s. pro qa reddit. n. cām cōfirmationis.
Ratio est, qa tunc princeps dr̄ informatus, & ex hoc dr̄ ha
bere iura in scrinio pectoris: & ideo dictio sicut, nō debet
intelligi ꝙ stet conditional'r, secus aūt qn̄ princeps con-
firmaret simpl'r non informatus, qa isto casu ex quo præ
sumitur ignorare, dictio sicut stabit cōditional'r. Ista sunt
verba in dicto loco, quæ notabis, & aliam decisionē po-
nit Fely. per istum tex. in. c. cum adeo. in prin. de rescri.
quā breuitatis causa non refero, qm̄ multū se extendit.

¶Quinto per istum tex. dicit Fely. in proœ. Grego. in. v. col. ꝙ si papa scribit capitulo in materia odiosa, comprehendit solos canonicos, non autem archipresbyterũ, vel similes, quia videtur considerare, prout de iure communi est ꝙ presumitur scire vt hic, non prout de iure speciali quod cẽsetur ignorare, & ita procedit tex. in. c. eam te. ibi decano & capitulo. ꝫ. de rescriptis. & ita etiam firmat Domini. in. c. fi. in pen. col. ꝭ. de præben. & reassumit latius Io. franci. de pauinis in trac. de offi. & potestate capituli sede vacan. in. v. euidentiali. fo. v.

¶Sexto dicit etiam notabiliter Fely. per istum tex. in. c. pastoralis. in. ij. col. in fi. versi. limita tertio. de offi. ordi. ꝙ si papa concedat indultum, vel priuilegiũ alicui capitulo, vt habeat iurisdictionem in certis capellis, iuncta clausula, ꝙ super illis non liceat alicui iurisdictionẽ exercere ꝙ per ista verba videtur adẽpta iurisdictio, etiam in illis capellis & cuiuslibet alterius, qđ est verũ vbi illa iurisdictio illis competeret de iure cõi, secus si competeret de consuetudine per dictũ no. Bar. in. l. viros. in. ꝭ. not. C. de diuer. offi. l. xij. vbi ponit exemplũ in no. casu, & hoc ideo

111 est, †quia in papa qñ scribit in materia iuris præsumitur scientia: vt hic est text. quem ẽt ad hoc alleg. Domi. in. c. statutum. in prin. in. vj. col. in glo. harum. ꝭ. de rescrip. & Egidi. in consi. j. col. xx. & pro illo dicto Fely. facit dictũ eiusdem Domi. in. c. statutũ. §. cum vero. in. j. col. ver. qd si cã. eo. ti. vbi quærit de nota. q. quid si causa Florentinorum cõmittatur epõ Fesulano q in ciuitate Florẽtiæ, vbi habitat ex priuilegio põt iudicare inter suos subditos, an valeat cõmissio: & post plura tenet ꝙ non per istum text. Quia cum papa epõ Fesulano committit, vr̃ committere sub noĩe dignitatis ordinariæ, & sic Fesulis: & de illa iurisdictione, quæ est iuris cõis videt̃ papa cogitasse, nõ de illa quę cõpetit ex priuilegio, nisi papa sit certificatus. Ita concludit ibi Domi. & posteriores sequunt̃, cum quibus cõcordat Car. in cle. cũ de beneficio. in. iij. col. versi.

112 oppono ad hoc. de præbẽ. †& sub prætextu istius p̃sumptæ sciẽtiæ iuris dicimus papam pp insufficiẽtiã sciẽtię nõ posse deponi, secus est in alijs iferioribus, in qbus talis defectus multũ nocet, qa in eis scia iuris nõ p̃sumit̃, per tex. h̃, & ita ĩ termi. dicit idẽ Do. i. c. j. ĩ pe. col. sup gl. ĩsuf

scientem.§.de renun.& sequitur Deci.in.c.cum in cun-
ctis.in.iij.col.nu.17.de elec.¶ Tamen istud dictum vi-
detur dubitabile:quia (vt dictum est) verba istius tex.ꝙ
papa censeatur habere iura in pectore non inducūt ve-
ritatem,sed potestatē interpretandi: nam in ignaro pon
tifice impossibile est,ꝙ vere illud contingat,qui ita supi
ne errare potest,vt quilibet christianus:Non tamen qui-
libet ita errata potest interpretari,vt ipse cui soli traditæ
sunt claues regni cœlorum,& potestas legis condendæ:
vt in cle.ad nostram.de hære.Ista tamen potestas sibi tra
dita nō capit istum casu,de quo agitur:nam potestas da-
ta,non reddit eruditum vel doctum,al's insufficientem:
sed sufficientia & habilitas bene reddunt capacem,& pe
113 ritum potestatem habētem,† vnde sicut videmus ꝙ epi-
scopus potest dignitate sua priuari propter ignorātiam
literarum:vt in.c.fi.xxxiiij.dist.&.c.fi.de ætate & qualita.
Ista ratione,quia debet esse speculum aliorum & non po
test ducatum rectum præbere qui ignorat,eadem ratio-
ne & papa qui præest omnibus, Nam idem dicēdum est
de toto,quo ad totum,quod de parte,quo ad partem:vt
est text.no.in.c.duo ista nomina.xxiij.q.iiij.& ita conclu-
dit And.sicu.in cōsil.xxxiiij.fol.vlti.col.j.in.ij.vol.& hoc
in ratione fundatur: quia impedimentum literaturæ est
de iure diuino,in quo non potest papa dispensare:vt di-
cit Fely.in.c.si quando.in pe.col.ver.sed dices.de rescri.
114 †Hinc est ꝙ defectus scientiæ in prælato,est magis dete-
standum q̄ homicidium:vt dicit Inno.in.c. cum nostris.
de conces.præben.quem ibi Imo.dicit in hoc communi
ter approbari,& sequitur eum Bal.in.l.cum fratrem. in
ij.col.C.de ijs quib.vt indi.& in rub.C.de summa trini.
& Præpo.in.c.illiteratos.xxxvj.dist.& Deci.in.d.c.cū in
cunctis.in.x.col.& in.c.prudētiam.in prin.de offic.dele.
cum simi.& ratio istius dicti esse potest:qa imperitia nul-
lum est malum maius:vt dicit Præpo.in.c.per Isaiam.in
fi.prin.j.q.j.& Cice.in.iij.q.Tuscula. Nam magis nocet
fatuus q̄ sceleratus homo,cum omnis ignorans,malus,
Aristo.iij.Ethico.Teren.in Adelp.cum multis simili.ag-
gregatis per quosdā Mod.in trac.nupti.fo.vij.col.j.hinc
115 dicimus,† ignorātia matrem esse omnium malorum.c.
ignorantia.xxxviij.dist.& talis defectus ecclesiæ multum

officit, quæ viris literaris maxime indiget, & non asinis ferraris:vt dicebat Io.mo.in.c.cum ex eo,j.de electio. & tex.in cle.j.de æta.& quali.& ibi Pet.de anch.in fi.& in.c. nihil.de elec.Nam ignorantes seu imperiti, non sunt homines, sed imagines hominũ:vt dicit Abb.& ibi And.sic. In.c.prudentiam.in prín.de offi.deleg. In qua quidem specie multa scribit Siluius in commento ad epistolas illustrium virorũ sub nomine Angeli Politiani, fol.cclxxv. & Tertu.in apologetico.fol.j.& dicit Fely.in.c. si quando.in.v.colũ.de rescrip. ꝙ indoctus episcopus asino est comparandus, ẽm Plati.& tamẽ (vt plurimum) illi sunt qui optatis fruuntur bonis:quia placent principibus ratione adulationis,& finaliter si ista omnia reprobátur in particulari prælato,quid dicendum erit in totius mundi parte? Tamen quia iste casus in iure expressus non reperitur dignus depositione in papa excepta causa hæresis:vt in.c.si papa.xl.dist.ideo receptum est, ꝙ ꝓpter insufficientiam deponi non possit:vt dicit Domi.in.c.sce dulo.xxxviij.dist.& Fely.in.c.si qñ.col.penul.de rescrip. per gl.in.d.c.j.ī.de renun.& vlterius circa hoc insistere, esset plus nimio sapere, & linguam balbutientem super terram in cœlum ponere,contra tex.in.c. intantum.xxj. dist.maxime quia, vt legimus in primitiua ecclesia post Petrum, alij plures imperiti fuerũt,quia scientia non requirebatur etiam in inferioribus clericis,quia sufficiebat eos esse electos in sortẽ domini. Ita dicit Io.an.in.c.cum in cunctis.in princ.col.ij.de elec.quem refert & sequitur Pręposi.in.d.c.illiteratos.nisi dicamus illis quibus aurũ, nec argentum erat sufficere pro scientia nudam & purã simplicitatem qua poterát sicut Petrus dicere quod habeo, hoc tibi do, surge,& ambula. Quæ si hodie locũ haberent, conclusio de plano procederet, sed quia hoc tempore merita defecerunt: vt dicit tex.in.c.fraternitatis. xxxiiij.dist.multum expediret ecclesiæ scientia, qua deficiente nihilominus papa est Christi verus vicarius.

116 ¶ † Nota secundo ẽm Domi.ꝙ dictio postea, vel posteri or denotat actum mediatum, hoc est factum ex interuallo, non incontinẽti. Pro quo vltra Domi.est text.in.l.per retentionem.C.de vsur.quem ita intelligit Bar.in.l.non solum.§.morte.in.ij.col.versi.& finit.ff.de oper.no.nun.

& est tex.in.l.in bonæfidei.&.l.petens.C.de pac.& in.l.j. in fi.ff.si tab.testa.ex.quem ad hoc alleg.lo.an. in regula sine culpa.de reg.iur.lib.vj.in mercu. & sequũtur Mod. Sardi.in trac.legiti.fol.lvj.in.j.colũ. Et quod dictũ est de dictione postea, idem dicendum est in dictione postmodum: vt late tradit And.sicu.in.c.proposuisti. in.j.colũ. de foro compe.& idem latius in.c.in præsentia. in.xxvj. col.per illum tex.de proba.vbi expresse sequitur Domi. hic, & allegat plura similia, quæ ibi videas, cum quibus concor.Deci.in.l.ij.in prin.in.ij.lec.ff.si cer.peta.& vltra ipsos est de hoc tex.in.§.siquis.insti.de testa. & in.§.præterea.institu.quib.non est permis.facere testa.& in.§.sed hæc.insti.de exhæte.libe.cum simi. vt.j.dicam. Et ista de plano procedunt in dictionibus postea, & postmodum, de quibus tex.hic, & prædicti docto.loquuntur, secus autem videtur in dictione post: quia illa actum immediatũ significat, nisi ex verbis sequentibus hoc declaretur. Ita dicit Ias.in.l.iutisgen.§.quinimmo.in.iiij.not.ff.de pac. per illum tex.& sequũtur Moder.repe.in.l.j.ff.si cer.per. & idem firmat Iason in.l.nõ erit.§.sed nec.in.j.col. quem legit cum.l.iij.ff.de iure iur.& in.l.si ita quis.§.seia.in.iij. col.no.vj.ff.de verbo.obli.Et pro ista opi.vltra ipsum est tex.in.l.perfecta.C.de dona.quę sub mo.& in.l.iij.iuncta l.ex duobus.ff.de duo.re.& isto modo intelligendo bene concordatur contrarietas Domini, quam ponderant ibi docto.quia hic loquitur in dictione postea in.c.j.j.de restitu.spolia.loquit de dictione post, & sic in casu diuerso. ¶ Tamen ista differentia mihi non satisfacit, & contra eã est deci.Bar.in.l.fructus.ff.solu.matri.qui promiscue his dictionibus vtitur: & vltra Bart.pro ista opi. videtur esse casus in.l.si mihi.& tibi.§.in legatis.ff.de leg.j.vbi tex.in princi.vtitur ver.post.& deinde in eodem casu loquitur tex.per dictionem postea.Et sic manifeste apparet nullã esse differẽtiam.Ad idem bene facit text.qui loquitur de lege posteriori, sicut hic, & tamen vtitur dictione post in l.iij.§.diuus.ff.de sepul.viola.& ibi Bar.æquiparat illum tex.& istum, qui tamen loquitur per dictionem postea, & ꝙ dictio post, significet actũ ex interuallo, est casus in.l. ꝙ ait.§.fina.ff.de adulte. Teneas ergo regulam traditam hic, ꝙ dictio postea, seu post, significat actum mediatũ,

idest ex interuallo, quã per plura iura firmat Andr. sicu. in consi. ix. praeclare scribunt. in. iij. col. lib. j. ¶ Et ex hoc ego infero ꝙ doctrina quam tradit Iason in. d. §. quinimmo. cum alijs allegatis, non est vera: quia dato ꝙ dictio postea non declaretur, & dictio post simpliciter, sit prolata, tamen confundũtur: nam de dictione postea est casus in. c. scriptum. & ibi glo. exponit incontinenti de electione: & de dictione post est tex. in. c. significasti. §. aiunt. &. c. licet. in princi. &. c. considerauimus. cum sequen. de elec. & no. Andr. sicu. in. c. significante. in. viij. col. nu. 32. de rescriptis. ¶ Et praedictę dictiones non modicum sed longum interuallum inducunt: vt late probat Andre. sicu. in. c. in praesentia. in. xxvj. col. si. de proba. licet contra eum videtur tex. in. l. quotiens. §. si quis ita. ff. de haere. instit. vbi probatur ꝙ ista dictio inducit modicum interuallum. ¶ Ex quibus omnibus infert hic Domi. ꝙ testes deponentes Titium talem fundũ possedisse post Sempronium non inferunt seu concludunt immediatam possessionem sed mediatam declarando vt hic per Moder. & istam opi. sequitur Andre. sicu. in. c. translato. in. iiij. col. de consti. & in. c. cum. m. ferrarien. in. xxxj. col. nu. 80. coii. idem tamen Domini. vt hic dicit Philip. perusi. tenet contrarium in. c. j. in prin. ∫. de resti. spolia. per illum tex. Propter quam contrarietatem Mod. hic existimant istud verbum esse ambiguum: & ideo in casu proposito deberet interpretatio fieri contra producentes testes. † Nam
117 si producens vult probare immediatam possessionem, & testis modo praedicto deponat, illa depositio interpretabitur de possessione mediata, & non immediata: & sic contra producentem, & econuerso, si voluerit ꝑducens mediatam probare, illud dictum testis interpretabiť de immediata, cum debeat sibi pars imputare cur apertius iura sua non produxit & probauit: vt tradit Alexãder & alij in. l. inter. §. si stichum. ff. de verborum obligatio. & finaliter idem tenent caeteri scribẽtes hic per doctrinam Barto. in. l. fructus. in fine. ff. solu. ma. Vbi concludit dictam dictionem esse ambiguã: & ꝙ istud verbum postea sit ambiguum, & ꝙ ita proprie importet actum mediatum, sicut immediatum, firmat Areti. in. l. debitrix. ff. ad velleia. & in. l. ij. §. prius. in. ij. col. ff. de vulg. & pu. vbi ad:

hoc alleg.l.quotiens.§.fi.ff.de hære.insti.&.d.l.fructus.& vltra ipsum,ego allego tex.in.c.cum omnes.de consti.& in.§.ꝙ si naturali.insti.de rerum diui.cum concord.non parum multis quæ congerit And.sicu.in cle.fi.in gl.post datam de rescrip.& in.d.c.cum.m.in.xxxj.col. nu.76.cũ iij.seq.de consti.cum quibus concordant Anto.corse.in nota.suis.in ver.postea.nu.224.& Fely.in.c.translato.in iiij.col.in princ.de consti.& Nellus in trac. bannitorum. in.ij.parte.ij.temporis.q.lxvj.in.v.col.℄ Et vltra ipsos ad hoc ego al's notaui plura iura in primis text. in.c. qui semel.&.c.si post.quem ibi no.Præpo.l.dist.& tex.in.c.si quis post.lj.dist.& in.c.siqs.xxiiij.dist.& in.c.ij.xxvj. dist. & ibi Prępo.ad idem tex.in.l.ij.§.item mutuum.ff.si cer. pet.& in.l.j.§.ꝙ si postea.ff.siquis omis.cau.testa. & in.c. sane.el.j.de offi.delega.& ꝙ significet actum immediatũ est tex.in.l.iij.ff.de du.re.iuncta.l.si ex duobus.cod.ti.Et quod dictum est de ista dictione post, ꝙ significet actum ambiguum ita ꝙ potest referri ad actum mediatũ & immediatum.Idem dicendum est in ista dictione ante. Vnde si testis dicat Titium possedisse ante Semproniũ per hoc non videretur concludere possessionem immediatam.Ita dicit Domi.in.c.j.§.licet per illum tex.de procu. lib.vj.℄ Tamen istis omnibus non obstan.adhuc est diligenter aduertẽdum , quia mihi videtur ꝙ nulla opinio istorum sit vera,& teneo ꝙ dictum testis nihil valeat,& ꝙ nec concludat possessionem mediatam, nec immediatã: & per consequens,ꝙ non debeat fieri interpretatio pro producente,nec contra eum:vt doc.moder.putant.Pro qua opi.adduco dictum Io.an.in.c.pia,per illum tex.j.de
118 excep.Vbi concludit,† ꝙ quãdo probatio est generalis, quæ potest referri ad vnum,& ad aliud,illa probatio nõ valet,sed debet reijci. Ita dicit ibi Io.an.& ita etiã firmat Abb.in.c.in pręsentia.in penul.nota.de proba.sequitur Fely.in.c.prudentiam.§.sexta.in fi.de offi.deleg.& vltra ipsos est deci.Bar.in terminis in.l.inter stipulantem.§.j. circa fi.versi.& ista lex.ff.de verbo.oblig.quem sequitur Alex.in.l.diuortio.in.iij.col.nu.14.ff.solu.ma. Adidem pro ista opi.facit etiam in simili,notabile dictum Ang.in l.postq̃.circa fi.ff.de peti.hære.quem referunt & sequuntur Moder.cum multis simi.in.l.non hoc.in.ij.col.nu.9.

C.vnde legiti. Vbi dicunt ꝙ testes qui deponunt se vi-
disse de manibus accusantis rem auferri, non probant
119 rapinam:†quia verbum auferri etiam sine rapina intel-
ligitur, accedat quod idem Ange.dicit in consil.j.porre-
cta fuit.in.ij.col.vbi dicit ꝙ si reus facit oppositionẽ con
tra testes ꝙ non sint omni exceptione maiores, ista exce-
ptio est inepta, & non valet:quia per illud verbum sunt,
denotatur tempus præsens, & sic stant ista simul, ꝙ non
sunt nunc, sed fuerunt omni exceptione maiores tempo
re depositionis, Quinimmo fortius dicit idem Ange.in
consil.cccix.pactum est tale. ꝙ si reus excipiens dicat ꝙ
non sunt nec fuerũt omni exceptione maiores, ꝙ adhuc
talis exceptio non obstat, cum sit ambigua:quia illud ver
bum fuerunt, licet sit præteriti temporis, potest tamen
intelligi post testificatũ. Quod dictum pro singulari not.
Ias.in.l.Titia textores.in fi.de lega.j. Ad idem facit pro
ista parte quæ dicit notabiliter Io. an.c.quanq̃. de vsur.
j.eod.lib.in prin.& Cardi.in.c.perpendimus. de senten.
excom.faciunt etiam plura alia dicta quæ congerũt Mo-
der.in trac.de testi.nu.23.cum.10.seq. Ex quibus omni-
bus ista pars comprobari potest. Accedunt etiam istis, ea
quæ cumulant Moder.Bononien.in repe.rub.C.de pro
ba.in.lxxiij.col.& per hoc dicit Barto.in.l.ij. cum si.ff.de
duo.reis.ꝙ testes deponentes Titium cognouisse Bertã
120 violenter, non probãt Titium vim intulisse, † cum illud
verbum violenter possit actiue & passiue capi, & cum il-
lo dicto Bart.transeunt nouissimi in.d.c.in præsentia.in
x.col.de proba.& commendat Mathesi.no.ciij.incip.no
ta ꝙ si capitulum.cum concordan. de quibus per Fely.
in.c.super his.in.vij.col.ver.quarta conclusio. de accu.
& in.c.auditis.col.penulti.de præscrip.& in prox.decre.
in.j.charta col.iij.tradunt Moder.bono.in sing.cclxvij.
incip.dubia.& illud dictum Bart.sequitur etiam Alex.in
l.j.in.ij.col.nu.7.ff.de acqui.pos.& alibi sæpe, & finaliter
ista regula est sine dubio, ꝙ probatio æquiuoca quæ po-
test hincinde trahi non valet:prout tradit Soci.in consi.
viij.visis & diligenter.in.iij.colũ.j.lib.vbi pro hoc alleg.
tex.quem dicit notabilem & singularẽ in.c.illud.de præ-
sump.& ibi no.Anto.de bu.Sed in casu nostro, ista dictio
postea est ambigua:prout fatentur omnes superius alle-

gati,& potest ita ad actum mediatum sicut immediatum adaptari.ergo depositio testis facta simpliciter,ꝙ Titius possedit post Sempronium non valet:quia non necessario concludit,vt est de essentia probationis.d.c.in praesentia &.l.matrem.C.de proba.cum simi.non obstat dictum Bar.in.d.l.fructus.quem alleg.hic Moder.& nouiss. repe.quia dico ꝙ si recte ponderetur ibi Barto.potius inclinat ad istam opi.videlicet,ꝙ illud dictum testis nihil operetur,& praesupposito eorum assumpto,licet non vero,ꝙ Bart.loquatur siue intelligatur,vt ipsi dicunt:tamẽ ex alio non obstat,quia Bar.ibi loquitur in diuersa.q.antea,videlicet,in testamento ex quo resultat praesumptio
121 iuris pro primo instituto producente,quae est † ꝙ pluralitas testamentorum non praesumitur.l.fi.vbi Bald.no.C. de reb.cre.& ideo fit interpretatio, vt valeat dictũ testis: & ita respondet & saluat Bar.ibi Lancel.deci.& sequunť eo tacito Moder.Taurinẽ.sed in casu nostro cessat omnis iuris praesumptio & testamẽti fauor:ideo sumus in regula ꝙ generalis probatio non valet.¶ Sed vlterius tu aduerte si potest opi.Domi.hic defendi: nam si recte inspiciantur verba sua nõ declarat se in eis,an tale dictum testis valet vel non,sed dicit ꝙ non probat immediatã possessionem,de mediata vero nihil dixit,sed illum tacite dixisse colligimus a contrario sensu ꝙ non licet ad eum impugnandum:vt dicunt Moder.Bononien.in.l.j.de offic. eius.facit.l.fi.de lega.ij. Non est tamen obmittendum ꝙ super ista materia Bal.dicit in.l.ij.§.creditũ.ff.si cer.pet. & in.l.pacta conuenta.ff.de contrahen.emptione. quem refero in voce,ex cuius verbis possunt concordari praedicta omnia.

122 ¶ † Nota tertio ẜm Geml.ꝙ non semper licet argumentari de statuto & consuetudine ad legem, vt hic patet,& hoc omnes sequuntur.¶ Sed aduerte quia istud dictum generaliter non est verum:nam ex eo ꝙ in vno casu dissimilitudo causetur casus ęquiparati non desinunt esse similes:vt tradit Iason in.l.inter stipulantem.§.sacram.in
123 vij.no.ff.de verbo.obli.† Consuetudo igitur & lex paris sunt potentiae:vt est tex.in.c.in his.xj.dist.& glo.in.c.generali.ẽ.de elec.eod.lib. Hinc est, ꝙ sicut iudex iudicans contra legem facit litem suam,ita si iudicat contra con-

suetudinem: vt concludit Bal. in auc. Iubemus. per illum tex. C. de iudi. & tenet Areti. in. §. j. in. ij. col. insti. de offic. iudi. Imo. plus dicit notabiliter Bald. in. l. ij. circa fi. C. de bonisq; libe. q; appellatione statuti, venit consuetudo, sequitur Alex. in consi. cxc. mature diggestis. in. iij. colū. in ij. vol. & consi. lxv. qui omne. in. iij. col. in. vj. vol. & Deci. in. c. j. in. iij. no. extrauagan. & faciunt ea quæ scribit Rochus cur. in trac. consue. in. iij. q. & ea quæ dicentur in. c. statutum. §. eo. & ideo licet in aliquo casu differāt, vt hic: per hoc tamē regula ex hoc fieri non potest: vt facit Domini. ¶ Sed saluando eum dicas, q; respectu causæ efficientis & potestatis, consuetudo non differt a lege vel statuto, sed respectu modi & formæ bene differt. Vt dicit no. Bal. in. l. consuetudinis. in. ij. col. C. quæ sit longa consue. & ita contrarium concordatur: & isto modo saluari possent ea quæ dicit Deci. in. c. j. in penul. no. §. eo. titu. vbi late probat q; appellatione statuti vel consuetudinis ius commune venit, & econtra: vt ibi latius per eum: & ante ipsum hoc prosequitur Ias. vbi ad notabilem. q. infert in. l. de quibus. col. fi. ff. de legi.

124 ¶ † Nota quarto ſm Domini. q; faciēs actum contrariū primo de quo est certificatus videtur a primo recedere. c. gratum. de offi. deleg. quem ad hoc alleg. Fely. in. c. cū m. in. iiij. col. de consti. & in. c. cæterū. in. ij. col. de rescri. & istam regulam tradit idem Fely. vbi limitat sex modis in. c. cum venissent. in gl. ij. de testi. & in. d. c. gratum. ponit duas limitationes, & alias plures ante ipsum posuit Firmanus in suo indice in verbo appellatio tollit. versi. xx. Inter quas refertur vna hic per Mod. & nouissi. repet. quam posuit Roma. in singu. cl. incip. appellans &c. quæ est q; ista regula non procedat quando secundus actus contrarius primo non fuisset sortitus effectum, quia tūc a primo non videtur recessum, allegant gl. in. c. cum venissent. de eo qui mit. in possess. causa rei seruan. vbi ideo ille qui appellauit, comparendo coram iudice a quo non visus fuit appellationi renunciasse: quia ille secundus actus, pro quo comparuit, non fuit acceptatus per iudicem, nec per partem, & per consequens non fuit sortitus effectum: & propterea aduersarius non poterit etiam se in eo fundare, quantum ad effectum vt talis actus tollat

appellationem factam, ex quo illum actum non accepta uit per regulam ex eo. j. de re. iu. tenet Alex. in l. siqui se paratim. §. fi. in apostil. ad Bar. ff. de appel. & ita in termi nis reperio, quod istum tex. limitat Andre. sicu. in. c. j. in. iiij. col. nu. 26. de consti. facit quod dicit Bal. per istum text. in. l. nihil. §. cum filius. in fi. ff. de inoffi. testa. & in. l. seruus quoque. ff. de hære. insti. & notabiliter in. l. seruus hæres. in ij. no. C. de repu. hęre. cum simi. ¶ Et vltra ipsos pro ista limitatione videtur casus, quem ad hoc ibi ponderant omnes in. l. siquis ante. ff. de acqui. pos. & facit tex. in. l. si

125 iure. de leg. iij. † Et ideo dicimus quod non præstat impedi mentum, quod de iure non sortit effectum. j. de reg. iur. non præstat cum concor. vt scribit Iason in. l. sub prætextu. la. j. nu. 11. C. de transac. & in. l. fin. in penul. col. C. de iure emphy. & reassumit Deci. in. j. parte consiliorū cōsi. viij. viso puncto. col. fi. cum. iiij. alijs concor. quæ scribit Iason in. l. j. §. hæc autē. in. ij. col. quod quisque iur. ¶ Sed ad uertendum est, quod licet ista limitatio communiter tenea tur, mihi tamen non satisfacit: quia clarum est quod aduer sus illum qui actum contrarium primo facit est præsum ptio iuris de qua in. c. sollicitudinem. de appel. videlicet, quod velit a primo actu recedere, & ista voluntas etiam ex actu nullo declaratur: vt in. l. fi. vbi Bar. ff. de reb. eo. & in l. gerit. in. iij. col. ff. de acqui. hære. & Bal. in. l. qui a patre. per illum tex. ff. de confir. tuto. Cum quibus concor. Decius in. c. vt debitus. in. ij. col. in glo. ij. de appella. & hoc

126 satis suadetur, † Quia videmus quod consuetudo tacito con sensu inducitur ex actibus multiplicatis: & tamen licet illi actus fuerint nulli, nihilominus cōsuetudo inducitur, quia ex illis volūtas colligitur: vt tradit Ange. areti. in. §. ex nō scripto. in. v. col. nu. 27. versi. quæro an ex actibus ipso iure nullis. insti. de iusti. & iur. post Bart. in. l. de quibus. ff. de legi. Accedat quod nota. dicit Hostien. in. c. relatum. de offi. deleg. vbi concludit, quod licet ad perpetuan dum iurisdictionem requiratur citatio, illud procedit ētiam si citatio sit nulla: quia ex tali citatione nulla iurisdictio per petuatur, sicut etiam dicimus quod noua prouisio licet nulla, supplet diligentias, prout fuit tentum in Rota in vna coram Reuereñ. domino Petro Borsio vertēte inter do. Io. Anguiano ex vna, & Ferdinandum Gundisalui ex altera,

tera,& ratio erat:quia noua prouisio continet duo, scilicet,prouisionem quo ad beneficium,& suppletionem diligentiarum:vnde si ex aliquo defectu illa prouisio beneficij non valet,valebit tamē noua prouisio quo ad alium effectum,scilicet, quoad supplendas diligentias, Cum vtile per inutile non vitietur in rescriptis,iuxta tex.sing. in.c.si eo tempore.de rescri.lib.vj.& hoc sæpius fuit tentum in Rota:prout refert do.Guili.Cassador auditor in quibusdam recollectis decisionum. Sic etiam dicimus, ꝙ citatio licet nulla,facit ꝙ aliquis nō dicatur pacificus possessor,quo ad effectum de annali,& triēnali:quia sufficit ad illud quęlibet molestia,etiam de facto,& sic nulliter, per ea quę dicit Imo.& cōmuniter docto.in clemen. gratiæ.de rescrip.Prout etiam conclusum fuit in Rota in quadam alia causa Cesataguſtaſi.me præsente:vt scribo in regula de annali,sic etiam appositio manus papæ, licet nulliter,afficit beneficium:vt dicit Ro.consi.cccxxxv. circa primum.facit etiam.l.in testamēto.ff.de fideicom. liber.Eodem modo est dicēdum in proposito nostro, ꝙ licet secundus actus contrarius primo, sit nullus, ꝙ per illum tacite videtur recessum a primo. ¶Et vltra prædicta pro ista parte faciunt tria iura.Primo text.in.§.posteriori.insti.quib.mod.test.infer.Secundo tex. in.l.legatū. §.j.&.l.si transfusum.ff.de adimen.lega.Vbi est casus,ꝙ per secundum legatum inualidum videtur recessum a primo.Tertio loco pro hoc est textus in.l.papinianus.§.

127 meminisse.ff.de inofficio.testa.vbi est casus,† ꝙ dicēs testamentum inofficiosum,nulliter & sic,sine causa præiudicat sibi,vt non possit petere relicta in testamento,cum ex illa querela arguatur velle recedere a testamēto.Non obstat tex.in.d.l.si mihi.§.si cum filius.quia respōdetur, ꝙ ideo ibi actus inualidus nō remouet filium a querela, propter odium patris qui in vitio reperitur,non instituendo filium:vt ibi expresse dicitur: & sic ille text.speciali ratione pcedit:& pro ista parte facit.l.eum qui duas.C. de adulte.&.c.j.de sponsa.lib.vj.Nec obstat dicta regula ex co.de reg.iur.quia dico,ꝙ licet non possit ex illo actu quem impugnat pars habere intentum,quod esset si censeretur actus primus reuocatus:tamen dico ꝙ aduersarius,licet effectualiter in actu se fundare nō possit, quan-

do expresse illum impugnauit, bene tamē poterit se fundare in eo, quādo simpliciter non acceptauit, non tamē impugnando, vel poterit se fundare in confessione tacite resultante ex actu inualido aduersarij. Ita dicit notabi. Abb. in. c. cum venerabilis. in. vij. col. de excep. cum concord. vt per Deci. in. c. at si clerici. in. ix. col. in fi. extra de iudi. ¶ Vel secundo limitatur dicta regula, vt per Mod. repe. videlicet, Ioan. Crotum de Monte ferrato in. c. j. in glo. ij. in fi. j. de rescrip. Vel aliter resoluas ista iura ex his quæ scribit Domini. in. c. si duo. in. ij. col. versi. in fi. gl. de
128 procura. lib. vj. ¶ † Vt tamen cesset omnis difficultas doctorum, circa istam limitationem, tu vltra ipsos, sic distinguas, ꝙ autem loquimur in actibus inter viuos, aut in vltimis volūtatibus. Primo casu regula sit ista, ꝙ per secundum actum inutilem, non receditur a primo valido. Ita est tex. in. l. siquis ante. ff. de acqui. posses. &. l. certi conditio in ratione sui. ff. si cer. peta. & procedit regula nō pręstat. j. de regu. iur. cum simi. hic allega. Aut sumus in vltimis voluntatibus, & tunc per secūdum actum, licet inutilem, tollitur primus validus. Ita procedant alia iura &. l. legatum. §. j. &. l. & si transferam. ff. de adimen. lega. &. l. plane. in prin. de leg. j. Sic concludit nota. Alex. in. l. si cū dotem. in. ij. col. nu. 8. ff. solu. ma. ¶ Sed tamen aduerte, quia ista distinctio, circa istud vltimum caput videtur dubitabilis per. l. si iure. ff. de leg. iij. Sed Bar. ibi respondet, ꝙ ille text. procedit in ademptione tacita: nam tunc per secundum actum inutilem non receditur a primo valido, nisi quatenus expresse constet de volūtate testatoris. Ita dicit Bar. & licet istam solutionem improbet Alex. in d. l. si cum dotem. eam tamē idem sibi contrarius approbat in. l. plane. in prin. quam legit cum lege præcedenti de leg. j. & finaliter eam sequuntur communiter alij in. l. seruum filij. §. si idem. de lega. j. & ibi Alexan. hoc firmat. Aliter tamen circa hoc distinguit Soci. in. d. l. siquis ante. quem videas, quia notabiliter loquitur.

¶ Ista tamen conclusio limitatur per Alexan. in dicta. l. si cum dotem. procedere quando per actum inualidum quis recederet a primo valido inducto in fauorem facientis, secus autem quando esset inductum in fauorē tertij: quia tali casu per secundum actum inualidum, quis a

primo recedere non videtur, alleg.text.in.l. plane.la.j. quam ita intelligit.ff.de leg.j. ¶Tamen ista limitatio nõ est vera: quia confunditur per text. in.d.l.papinianus.§. meminisse.& quia etiam non est generalis ad actus inter viuos,& ideo cogitandum est.
¶Postremo (ne quid vtilitatis omittatur) est aduertendum, ꝙ contra prędictum notabile, videlicet, ꝙ per secũdum actum quis videatur a primo recedere, obstant plura iura in primis tex.in.l.qui in aliena.§.fi.ff.de acquirẽ. haere.&.l.nẽsennius.ff.de neg.gestis.&.c.j. ꝙ metus cau. Per quae iura Bart.& communiter docto. concludunt in l.non solum.§.morte.in.iiij.col.versic.& tunc quaero.ff. de ope.noui nunci.ꝙ actus contrarius protestationi, de qua quis est certificatus in dependentibus ab animo vnius annullatur,& actus primus protestationis substentatur:& ideo pro noua declaratione istius difficultatis videas quae ibi late dixi in repe.mea: vt audistis anno ṕterito.
129 ¶†Nota quinto ſm Gemi.ꝙ quaelibet ciuitas,& quodlibet castrum potest consuetudinem facere:& ita transeunt posteriores.Sed aduertendum est ꝙ istud dictũ non est absolute verum: quia castrum non potest quo ad decisionem causarum, cõsuetudinem facere: quia ille potest facere consuetudinem, qui habet iurisdictionem statuendi: vt concludit Bar.in.l.j.ff.de legi. cum simi. vt dixi superius.Sed castrum alteri subiectum, non habet potestatem statuendi, ergo cõsuetudinem inducere non potest.
130 ¶†Et ideo, pro vero intellectu istius notabilis,& tex.nostri considerandum est, ꝙ consuetudo potest introduci dupliciter, aut circa decisionem causarum, aut circa alia pertinentia ad mores castri vel ciuitatis, primo casu si est ciuitas vel castrum subiectũ, non potest facere talẽ consuetudinem:& ita procedant contraria nisi consentiant princeps.Ita tenet glo.in.c.frustra.viij.dist.Oldra.consi. ccxxxvij.multa in medium.col ix.in.iij.vol.Et isto modo declarari debent dicta Geminia.in.c.fi.in prin.j.de consuetu.Aut vero ciuitas vel castrum habet iurisdictionem concessam, vel non subsunt alicui,& possunt talem consuetudinem inducere.Ita potest saluari dictum Gemini. hic, vel in secundo casu quando faciunt consuetudinem ad suorum bonorũ administrationem:& ita etiam potest

intelligi dictũ Domi. hic ista resolo colligit ex dictis Bar. in. l. oẽs populi. in. j. q. pri. ff. de iust. & iur. vbi latius dixi. ¶ Nota ibi, dummodo rationabilia ẽm Domi. ꝙ in consuetudine & statuto requiritur rationabilitas, & hoc adeo est verum, ꝙ licet princeps statuat aliquid in contrariũ, non videtur intentionis eius officere consuetudini, vel statutis rationabilibus: vt innuit Abb. in. c. breui. in fi. dũ simpliciter alleg. istum tex. ẽ. de iure iurã. & hoc dicit clarius in. c. ex parte. in. iij. colum. de concess. præben. iũcto tex. in. c. fin. j. de consue. ¶ Et ista de plano procedunt in consuetudine vel statuto rationabili, de quibus loquitur iste tex. secus vero in irrationabilibus: quia in illis non habet locum, Nam per contrariam constitutionem, etiam nulla facta mentione tollunt: vt dicit Cardi. in. c. statutũ. in. iij. col. & iij. oppo. de elec. & hoc ꝓcedit etiam si illa statuta irrationabilia fuissent per principẽ tolerata: vt dicit Ant. Rosel. declarãdo istum tex. in trac. de consi. fol. xcix. in. ij. col. & tradunt Mod. in. c. fi. de consue. per gl. in. c. fi. iij. dist. & tex. in. c. fi. j. de iur. iur. & sequunt simplr Mod. hic licet de ꝑdictis mentionem non faciãt. ¶ Ex quibus oĩbus tres conclusiones colligunt. Prima ꝙ in consuetudine rõnabilitas requirit. Scd'a ꝙ idẽ fit in statuto. Tertia ꝙ tolerantia principis, non facit valere consuetudinẽ vel statuta quo ad hoc vt irrõnabilia, de ipsis debeat fieri mẽtio. ¶ Circa primã conclusionẽ est aduertendũ, quia non vr simplr verum, ꝙ cõsuetudo de necessitate requi-
131 rat rõnabilitatẽ, patet, † quia oĩs consuetudo irrõnabilis iniusta est: vt no. Abb. in. c. cũ contingat. per illũ text. de of. dele. & in. c. ab excõicato. de rescri. & tñ cõsuetudo iniusta quo ad forum tpale, valet mero iure, & excusat a pena: vt est gl. cõiter approbata in. c. deniq;. iiij. dist. & in. c. cũ venerabilis. de cõsue. quas ad hoc cõmendat Ias. in. l. de qbus. in. j. col. ff. de legi. per quas gl. dicit Ro. in consi. dcccclxvj. cuius est initiũ. vr prima frõte, ꝙ si præsidẽtes Seneñ. iurẽt in prĩcipio sui officij de admittẽdo arbitria si postea nõ admittãt non sunt periuri, ꝓp consuetudinẽ, q̃ tali casu excusat, & hoc idẽ de cõsuetudine nõ residen. Car. cõcludit in cõsi. cxxxij. in ci. ꝑsbyter. in. ij. col. & per hoc dicit Roc. cur. in trac. cõsu. i. xj. & xij. col. ꝙ doctores ꝑñtantes laureandos ꝑñt iurare illos esse idoneos, licet

non sint, Nam excusantur a periurio, propter consuetudinem, per adducta ibi per eum: & idem dicit de ludentibus ad taxillos, vel chartas, Nam talis ludus adeo ex consuetudine videtur permissus, ꝙ lucrantes cogi non poterunt ad restitutionem. Concludendum est igitur contra Gemini. & sequaces hic, ꝙ consuetudo pro necessario requisito eius non requirit ꝙ sit rationabilis. Nec iste text. probat eius opi. necessario, quia non emanauit ad hoc. Saluari tamen posset dictum Geminia. ratione fori conscientiæ in quo rationabilitas requiritur, & irrationabilis consuetudo non excusat: vt dicit glo. in. d. c. denique. Sed cogitandum est an ipse ita intellexerit.

¶ Circa secundam conclusionem etiam cõsiderandum est: quia non est verum ꝙ statutum de sui natura, & pro forma requirant rationabilitatem: quia videmus ꝙ statuta iniqua, & irrationabilia valẽt: vt est tex. in. l. j. & in. l. iij. & ibi Alex. & omnes. ff. ꝙ quisꝗ iur. & text. in. c. cum oẽs. & ibi communiter Moder. de consti. non ob. text. in. d. c. erit autem lex. qui ad illum potest multipliciter responderi. Primo ꝙ ille tex. sit consilij cum sit Isidori, qui potestatem non habuit legis condende, per ea quæ docto. tradunt in. l. prima. ff. si certum peta. & in. c. ij. de rescriptis.

¶ Vel secundo ille text. loquitur in lege communi, Nos autem loquimur in statuto, & inter ista est maxima differẽtia: & ita ad illum tex. in terminis respondet Iason in. l. ij. ff. ꝙ quisꝗ iur. cum pluribus concordan. quæ aliquando scripsi in repetitio. d. c. erit autem. facta in primo anno quo assumptus fui ad lecturam decreti Patauij.

¶ Vel tertio responde, ꝙ licet statutum vel lex communis debeat esse rationabilis. Tamen si sit sine ratione, nõ est de ea iudicandum, sed ſm eam ita proprie dicit tex. in d. c. erit. circa fi. quem ad hoc alleg. Rochus cur. in trac. de consue. in. xxxj. col. & ante ipsum ita respondet Andr. sicu. in cle. in. iij. col. de electio. & prius hoc dixit Bart. de quo prædicti non fecerunt mẽtionem in. l. omnes populi. in. ix. col. versi. circa secundum. ff. de iusti. & iur. Secunda tamen solutio mihi magis placet, Nam negari nõ potest ꝙ in lege communi & vniuersali prædicta non haberent locum, nisi in statuto particulari: quia in lege communi plura requirũtur ꝗ in statuto: & inter cætera ratio

nabilitas quæ in iustitia consistit, quam pro forma requirit lex communis, Nam ratio, & iustitia sunt anima legis communis, sine quibus consistere non potest: vt probat And. sicu. in. c. filius. in. iij. col. de testa. & in. d. cle. j. & reassumit late Afflictus in cõstitutione regni incip. hore. &c. & licitum est. l. iniustam. & irrationabilem dolis & fraudibus circunuenire: vt dicit Bal. Pau. de ca. & Corne. in. l. fi. in prin. per illum tex. C. de cadu. tol. satis est ad propositum nostrum, istam esse communem opinio. ꝙ statutum iniquum & irrationabile valet licet annullari posset.

¶ Circa tertiam conclusionem etiam est aduertendum: quia contra eam facit tex. in. c. quia circa. de consangui. & affini. vbi per tolerantiam inducitur approbatio, tenet Iason in. l. j. in princi. ꝙ quisq; iur. Sed responde, vt per
132 Abb. in. c. nisi essent. in. iiij. col. de præben. † ꝙ vbicunq; princeps in facto specifico respondendo vel scribendo dicit toleramus: tũc videtur approbare, & dispensare super illo actu, alĩs illicito: ita procedit contrarium. d. c. quia circa. secus autem vbi princeps tolerat de facto non resistendo: quia tunc non inducitur approbatio: & sic intelligit tex. in. c. cum iam dudum. cum alijs allegatis. Ita dicit Abb. in. d. c. nisi. cuius dicta reassumunt latissime Felyn. in. c. j. in. vj. & vij. col. versi. lex noua. de treu. & pa. debet tamen esse cautus princeps, vt tali consuetudini irrationabili a principio resistat: quia vt dicit tex. in. c. mala consuetudo. viij. dist. nisi citius euellatur, in priuilegiorũ ius
133 ab impijs assumitur. † Habes igit̃ ex istis declaratam istã opinionem Moder. ꝙ tolerantia superioris non inducit approbationem rei illicitæ, & ex hoc ipsi inferunt, idem esse in testatore: quia dispositio testatoris non censetur approbare illicita, Bal. in. l. nulli. xx. q. C. de episco. & cle. vbi vult, ꝙ executor datus a testatore ad distribuendum eius hæreditatem, non poterit eligere filium spuriũ ipsius testatoris: quia non videtur data potestas distribuendi contra ius. arg. l. lucius. §. penul. ff. ad muni. & ita cum isto dicto resident Moder. ¶ Tamen Bal. in. l. nulli. nihil dicit de hoc: sed dixit in. l. id quod pauperibus. in. xxij. q. C. de episco. & cle. & hanc eandem opini. tenet Cardi. in cle. j. col. fi. in fi. de testa. & Iaco. de arena, vt refert Ioan. an. in addi. ad Specu. in. §. nunc vero aliqua. versi. lxxxij.

Incipi.quid erit.in addi.sub litera.h.Suadetur hoc,quia dispositio generalis recipit restrictionem de habilitate. vulg.l.vt gradatim.ff.de mune.& hono.&.c.j.§. de cons stitu.& hoc expresse dicit Barto.in.l.cum quidam.§.j.de leg.ij.& Bald.in.l.siquis ad declinandam.in.ij.col.C.de episco.& cleri.Sed spurij non sunt huiusmodi igitur &c. Praeterea quia talis distributio debet interpretari, prout verba sonant,itaq; distributio fienda in pauperes,tali cas su in vno verificari non posset:vt tradit Bal.in.l.j.versi. iuxta hoc.C.de sac.sanc.eccle.& Bart.in.l.j.ff.de op.leg. cum concor.vt scribit Fely.in.c.omnes leges.in.ij.col.j. dist.& reassumit late Deci.in.c.prudētiam.§. adijcimus. col.j.de offi.deleg.& licet Alex.in hoc plura in contrariū adducat in.l.gallus.§.q; si is.ff.de libe.& posthu. Iason ta men simpliciter transit cum praedictis.

134 ❡†Aduertēdum tamen est circa praedicta:quia dictum Bal.in.d.l.id quod pauperibus.non videtur verum:quia clarum est,q; maior pietas videtur relinquere cōsangui neis pauperibus,q̄ extraneis.c.non satis.lxxxvj.dist. quē tex.ad hoc alleg.Abb.in.c.j.col.ij.de cohabi.cle.& muli. & in.c.dilecto.in.j.no.per illum tex.de praeben.Sed filius spurius est de consanguineis,& pauper igitur &c.& fors te ex mente istius rationis Bal.sequutus fuit istam opini. sibi contrarius in.l.illa institutio.vbi hoc tenent Ange.& Imo.ff.de haere.insti.& idem Bald.in consi.cccclvj.in.ij. vol.& Petrus de ancha.in.c.cum tibi.de testa.& idē Imo. in.l.captatorias.ff.de haere.insti.& per eundem in.l.lucis us.§.in testamento.ff.de lega.j.Facit ratio tex. in auc.de incest.nup.in fi.❡Praeterea facit,quia dispositio de redi mendis captiuis comprehendit illos, qui culpa sua sunt captiuj glo.nota.in.c.sanctorum.xij.q.ij.cum concor.vt late dixi in.§.item siquis in fraudem.in glo.creditorum. insti.de actio.Ergo a fortiori subueniēdum est spurijs te statoris,qui sine culpa sua in illā labē inciderunt:& quia licet sit spurius,filius tamē est:vt in.d.auc.de incest.nup. in prin.§.si vero contingerit.facit quod dicit Bar.in.l.si quis a liberis.§.sed vtrum.ff.de lib.agnoscē. Nam multi spurij boni fuerunt:vt refert Nico.de Vbal.in tracta.de duobus fratri.fol.viij.& reassumunt Moder.in trac.nu ptiali.fo.lv.in.iij.col.Et qa tali casu filio spurio relinques

re lex non prohibet:vt dicit Iason post Pau. de ca.in.l.si is qui.Ia.j.in.ij.col.ff.de vulga.& pupil.

¶Quid igitur dicendum,aduerte ꝙ pro concordia istarum opinionum potest sic dici,ꝙ aut spurius vult admitti ad illud relictum iure fideicommissi, vel successionis, quasi ꝙ de tali paupere senserit testator: & tunc non admittetur per rationes superius adductas in.j.opinio.aut vult admitti iure pauperis,vt ei fiat elemosyna vsque ad concurrentem quātitatem debitam talibus de iure communi,puta pro alimētis: iuxta.c.cum haberet.de eo qui duxit in matri.quam pol.per adul.& tunc procedit secūda opi.Ita reperio tenere Areti.in.d.l.si is qui.in fi.colū.ff.de vulg.& pup.& est de mente Io.an.in addi.ad Spec. vbi.§.Et ad prædicta quomodo executor pauperū,possit eligere filios,vel seipsum,vide late Felyn.in.c.cæterū. in penul.col.de offi.ordi.& Soci.cons.xj.incip.circa præsentem.in.ij.colū.lib.j.Abb.& Moder.in.c. cum in iure. de electio.Roma.in consi.ccxxviij.in.viij.col.fol.paruo. & And.sicu.in.c.cū tibi.no.xiij.&.xvij.de testa.& dixi latius in repetitione mea.l.cum filio.de lega.j.in.j.charta.

¶Glo.in verbo iura,ibi quare aliud in iuribus, aliud in rescriptis,dicit hic Domini & sequuntur Moder.ꝙ in re
135 scriptis ideo est:†quia propter multitudinem rescriptorum præsumitur ignorantia.c.cum olim.de re iudi.quæ licet in facto proprio non præsumatur.c.ab excommunicato.§.de rescrip.tamen fallit propter multitudinem negociorum.Ita concludunt hic docto. cum quibus trāsit Fely.in.c.nonnulli.in prin.in.x.col.in fi.de rescrip. vbi videndum est:& pro ista opi.facit melior text.in.c. si aliquando.de senten.excom. Nec obst.si dicatur ꝙ ex quo rescripta sunt consueta , non deberent ignorari , per ea quæ superius diximus in nominibus per.l.ꝙ si nolit.§.q assidua.quia illud est verum, nisi facta consueta sint varia:& ita procedat ista opi.& istam regulam de ignorantia cū.viij.fallen.ponit Soci.in trac.regularū.reg.clxxxv.

¶Aduerte tamen ad vnum , ꝙ licet ignorantia in facto proprio admittatur propter multitudinem negociorū, illud est verum,nisi illud negocium fuerit arduum,prout superius dictum fuit,quibus adde Felyn.in.c.accepimus.in.iij.col.in fi.de fide instrumen.

¶ Glo. habere ibi. C. de resta. l. omniū. iste text. ad hoc so-
let communiter allegari ꝙ princeps habeat omnia iura
in scrinio pectoris: prout hic alleg. gl. & Imo. in. c. j. in. ij.
col. de rescrip. & glo. in. c. quoniā. xviij. dist. & glo. in ver.
iuribus. in. c. cupien. l. de elec. & Domini. in. c. j. in. iij. col.
q. x. de excef. prælato. & ita etiam ad hoc alleg. istum tex.
Ias. in. l. præscriptione. in. ij. colū. in fi. C. si contra ius vel
vtili. publi. vbi per hoc infert ibi in. iij. col. ꝙ surreptio iu
ris in rescripto non vitiat illud: quia papa censetur ius ha
bere in scrinio pectoris: & per consequens in eo decipi
non potest. ¶ Tamen illa. l. omnium, quæ communiter
ad hoc allegatur, hoc non probat ſm Archi. hic: & eun-
dem Archi. in. c. præterea. xxiij. distin. & vltra ipsum hoc
ego ita probabo: quia illa verba ꝙ in nostris est scrinijs
constitutum posita in. d. l. omnium &c. non intelligūtur
de pectore principis, sed de iure, quod conseruatur in
cancellaria, siue audiētia suorum peritorum: vt exponit
glo. in. l. comparationes. C. de fide instrumē. & in. §. hunc
igitur. C. de Iusti. codi. confir. & videtur de hoc text. in. c.
tantis. lxxxj. dist. & sic istud dictum interpretatiue accipi-
tur, Nam vere & realiter loquēdo in principe non cadit
memoria omnium legum: vt patet in. l. ij. C. de vete. iure
enucle. & in. c. preterea. cum ibi no. xxiij. dist. cum cōcor.
136 vt dixi superius in. j. nota. meo. ¶ † Nam vt ibi dixi prin-
ceps in iure aliquando errat. l. iij. in fi. ff. de suppel. leg. &
in. c. vnico. vt eccle. benefi. &. c. cum instantia. de censi. &
eo maxime, quia vt plurimū summi pontifices senes eli-
guntur: in qua etate naturaliter cōtingit obliuio: vt pro-
bat Andre sicu. in. c. eam te. in. iij. col. per illum tex. ibi si
bene meminimus de rescrip. & ideo nimirum si papa cir
cumueniri potest: vt tradit Cardi. in consi. cxlij. in. ij. col.
vbi loquitur de Celestino. Sed illa expositio ad. l. omniū
magis placet: dicimus papam habere iura in scrinio &c.
eo quia omnia conseruātur in cancellaria sua, quæ vt di-
xi scrinium appellatur per quam conseruatur memoria
rerum gestarū: vt in. l. j. C. de priuili. eorum qui in sa. pa-
mili. lib. xj. Hinc est ꝙ illi dicuntur scriniarij, qui conser-
uant huiusmodi scripturas camere principis vt patet in
c. ad audientiam. de præscrip. & in. j. constit. C. §. ideoq;
cum simili, & quibus etiam loquitur titulus, C. de proxi.

sa.scrinio.ll.xij.per totum: & de talibus scrinijs loquitur d.l.omnium. Tenendo tamē communem intellectum, videlicet, ꝙ papa propter summam eius potestatem, & copiam peritorum, qui ei assistūt, dicatur habere iura in scrinio pectoris. quam sequitur late Fely.in.c. nonnulli. in.xxvj.col.de rescrip.& in.c.in nostra. in.iiij. correlatio eod.tit.tex.in.d.l.omnium.poterit aliter declarari & induci hoc modo, videlicet, ꝙ illa verba in scrinijs nostris ibi posita declarentur per istum tex.qui clare de scrinio pectoris loquitur nō de scrinio librorum. Itaqꝫ lex illa omnium, quæ est antiqua declaretur per istam nouam legem loquentem in eodem casu. iuxta vulga.l.non est nouum.ff.de legi.& tradunt docto.in.l.j.de leg.j.& licet illa verba scrinijs possunt etiam adaptari ad locum, in quo scripturæ reponuntur, qui scrinium dicitur: in.d.tamen l.omnium.non capiuntur in illo sensu, ex eo quia ibi disponitur, ꝙ testamentum factum coram principe sine solemnitatibus iuris ciuilis valet, ratio est, quia vbi est princeps, ibi non præsumitur ignorātia solemnitatum iuris, propter copiam peritorum: vt late declarat Corneus in consi.cc.incip.videtur.in.j.&.ij.colū.lib.j. & hoc merito ibi inductum est: qa præsente principe videtur ibi adesse tota synodus legalis sapientiæ.

137 †Nam quicquid loquitur, & vult, lex est. Nec est dare legem positiuam, quam extra ius mentem vagetur: vt in.l.fi.C.de legi.& iste sensus habetur hic in tex.nostro. Ratio igitur illius.l.omniū, non concludit, nec adaptatur ad scrinia in quibus reponuntur leges: sed ad interpretatiuam potestatem declarando: vt per Corne.in.d.consi.vbi subdit vnum aliud, ꝙ ista sciētia iurium quæ in principe præsumitur. Iuxta d.l.omnium.non procedit in alijs inferioribus, etiā non recognoscentibus superiorem: quia licet illi in locis suis habeant iura principis: non tamen apud eos præsumitur adesse illa copia peritorum, quæ adest coram principe: & ideo in illis.d.l.omniū.non pcedit. Ita ibi late Corne. & hoc ante ipsum prius tenuit Egi. de bella. de quo ipse mentionem non fecit in consi.j.in.xxij.col. vbi ēt ponit practicā.d.l.oīum.quæ omnia nota tanꝗ non vulgaria.

¶In eadem glo.ibi dum oppo.contra istum tex.de.c.ꝙ autem.&.c.plures.omissis solutionibus glo. & docto.hic

videtur dicendum, ꝙ illa iura nihil faciant: ex eo quia in d.c. ꝙ autem. bene dicitur, ꝙ non reperiebatur iure cau-tum de viro & vxore: quia in.d.c. plures. expressum non erat, nisi ꝙ plures non possent leuare puerum de sacro fonte, siue vir siue mulier &c. Ista verba non intelligun-tur de viro & vxore: & ideo bene dicebat Vrbanus in.d.c. ꝙ autem. implicite tamen sub illa dispositione com-prehendebantur: & ita reperio, ꝙ tenet glo. in.c. si quan-do. de rescrip. in glo. fina.

¶Glo. reuocare, ista glo. diuiditur in quatuor partes, in prima ponit concordantes ad tex. in secūda infert, in ter tia rationem assignat, in quarta excipit duos casus se-cunda ibi, idē in testis, tertia ibi, ratio est quarta ibi fallit.

¶In ead. glo. ibi non est nouum, dic ꝙ illa lex potius fa-
138 cit in oppositum, dum ibi potius innuitur, † ꝙ leges prio res debeant trahi ad posteriores, & non ꝙ sint sublatæ: & ita illum tex. ad hoc Rochus curtius allegat in tracta. iu-rispatrona. in versic. ipse vel is a qua &c. q. xxvj. & de hoc etiam Decius in consilio. lxiiij. incip. conclusio. colum. fina. in. ij. parte: & ita etiam. d.l. non est nouum. intelligit Andre. sicu. in.c. super quęstionum. in. iij. nota. per illum tex. de offi. deleg. vbi per hoc reprehendit docto. prom-ptos ad iurium correctionem: & in hoc sensu alleg. etiam Roma. in consi. cccxlv. incip. circa primum. in. ij. dubio. versicu. cęterum. & glo. j. in.c. quoniam. xviij. distin. & ita etiam alleg. Decius in consilio. lxv. incip. consultus. colū. fina. in. ij. parte: & cum isto communi intellectu transeūt Moder. Taurinē. videlicet, Claudi. Aquen. in.l. siquis id quod. in. vj. col. ff. de iurisdi. omni. iudi. vbi notabilem limitationem ponūt ad. d.l. non est nouū. quam videas.

¶Dicas igitur pro resolutione prædictorum vna cum Bar. in.l. sed & posteriores. eo. tit. ꝙ aut prima lex est ge-neralis, secunda est specialis: & tunc per secundam bene tollitur prima: vt hic est tex. aut prima est spālis, secunda gnālis: & tunc speciei per genus non derogat, sed debet potius prima lex cōcordari cum noua: & ita intelligit. d.l. non est nouū. de quibus notabile exemplum ponit ibi Bar. quem sequitur Alex. in consi. cxxiij. incip. scripsit. in iij. col. lib. iiij. & ita. d.l. non est nouum. intelligit idē Alex. consi. cviij. col. fi. in. iij. volu. & Abb. in consil. lj. in. j. vol.

& And.sicu.in consi.xlviij.in.iiij.&.v.col.lib.ij.& in summa.d.l.non est nouum,procedit quãdo sumus in dubio an secunda lex aduersetur priori:vt tradit Bar.in repe.l. omnes populi.in.iiij.q.vj.q.principalis.in.xxj. col.ff.de iusti.& iur.& sentit Alex.in cons.lxxxv.incip.animaduersis.in.ij.col.lib.iiij.& consil.lvij.coli.fi.lib.iij.& in consi. lvj.in.iij.col.lib.ij.& in consi.ccvj.in.iiij.col.eod.lib.Sed vbi essemus in claro,ꝙ lex posterior esset de directo cõtraria priori:tunc non procedit.d.l.non est nouum, sed regula tex.nostri videlicet,ꝙ vltima derogẽt prioribus, quæ generalis est in omnibus actibus hominum,quos late refert Ias.in.l.pacta nouissima.C. de pac. & ante ipm plures casus enumerat Alex.in quibus vltima derogant prioribus in consi.cxxij.viso puncto.in prin.in.iiij.vol. Decl.in consi.cxcv.in.j.col.Et istam distinctionem videtur etiam approbare Roma.in consi.lvij.incip.in causa. & in consilio.cccxxij.in casu proposite. & Andre.sicu.in consi.xxvj.in.vij.col.in.ij.volu.

139 ¶ † In eadem glo.ibi ratio est &c.habes conclusionem ꝙ statutum vel lex potest ad libitum statuentium reuocari, cum dependeat a sola voluntate eorum.Pro ista opinio. facit tex.& quæ ibi dicit Bar.in.l.cum præcario.ff.de pręca.& hoc idẽ procedit in testamẽtis:vt late probat Alex. in consi.cv.in.iiij.vol.in.ij.col.& hoc idem in vicario dicit Domini.& Moder.in.c.j.de offi.vica.lib.vj.& Abb.in c.sua.eo.ti.& in.c.nollentes.de offi.lega.& eodem modo procurator datus etiam cum iuramẽto de non reuocando eadem ratione ad libitum reuocari potest: vt in.c.fi. & ibi glo.J.de procu.eo.lib.cum concor. quæ Alex. scribit in consil.xviij.visis.in.ij.volu.Deci.in consi.lxj.in.ij. parte,quæ omnia in illa ratione fundantur:quia sunt actus dependentes a voluntate vnius: & propterea contraria voluntate reuocant:vt ẽt arguit Car.in cõsil.lij.in.j.col. ¶ Sed tamen aduertendum est ꝙ attenta ista ratione gl. & doc.protestatio dependens a volũtate vnius, deberet per cõtrarium actum reuocari,cuius oppositum concludit Barto.& communiter alij in.l.non solum.§.morte.in iiij.col.ff.de ope.noui nunci.per tex. inter alios in.l.qui in aliena.§.fi.ff.de acqui.hære.&.c.sollicitudinem.de appel.Nec dicas,ꝙ ibi est ꝑpter clausulam derogatoriam:

140 †quia clausula derogatoria differt a simplici protestatio
ne: prout late ibi probo in repe. mea: & tenet Bar. in l. ita
stipulatus. in. j. col. in fi. ff. de verbo. obli. ¶ Et ideo dicas
sic, q ideo in ptestatione illud receptum est, propter de-
clarationem expressam volūtatis, quæ facit quod in con
trario actu postea facto deficiat cōsensus: vt in. l. & si ple-
riq. ff. de religio. & l. nensennius. ff. de neg. gest. & ita di-
cit Bar. in. l. omnes populi. in. x. col. in fi. versi. circa secun
dum. de iusti. & iur. Sed in casu istius gl. sumus in actibus
mere simplicibus contrarijs, non declaratorijs: & ideo se
cundum tollit primum, Hinc est, q si in lege vel testamē
to declararetur voluntas in primo sub commemoratio-
ne secundi contrarij testamēti in posterum faciendi, pri-
mum per secundum non tolleretur. l. sancimus. C. de te
sta. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. j. & ita ista opinio
communis procedit.
¶ Ista conclusio limitatur duobus modis per Moder. &
nouissi. repe. hic. Primo, vt non procedat, quando statu-
tum huiusmodi transiret in contractum: quia tunc reuo
cari non potest. l. q semel. ff. de decre. ab ordi. faci. Facit
dictum Pau. de cast. in. l. digna vox. C. de legi. dum vult,
141 † q papa faciēs pacem cum ciuitate sibi subiecta si faciat
ei aliquas promissiones, tenetur eas obseruare, nec eas
violare poterit, etiam de plenitudine potestatis: vt hic la
te per eos, & idem quod hic, latius tenēt Moder. in repe.
l. omnes populi. in. xxj. colū. ff. de iusti. & iur. & ante ipsos
Deci. in. c. nouit. in. ix. col. de iudi. & in. c. j. in. xxvij. colū.
de probati. vbi alijs modis limitat. ¶ Pro ista limitatione
vltra ipsos adde Pet. de anch. in repe. c. j. in. xiiij. q. prin.
de consti. Ias. in. l. ciuitas. in. ij. col. ff. si cer. pet. & in. l. bar-
barius. in. vj. col. versi. xij. ff. de offi. præto. cum concord.
vt scribit Thomas parpalia in rep. l. placet. in. xvj. & xix.
& xl. col. C. de fac. sanc. eccle. & Corne. cons. lxx. in litera
m. in. ij. lib. & reassumit latissime quidam Ioan. neuisanus
doctor Astensis in consi. xij. posito inter consilia Alberti
bruni quo loco in ista materia cumulat pene infinita, &
ista de plano procedunt, quādo priuilegium vel contra-
ctus initus est cum non subdito: quia tunc reuocari non
potest: vt inquit Lap. alleg. c. incip. in. q. proposita. col. fi.
Ro. consi. cclij. pro decisione. col. ij. & consi. ccclij. quæri

tur primo.in.iiij.col.& Abb.consi.xlj.videndum est.col. fi.lib.j.Andre.ficu.consi.ij.in.iiij.col.Alex.consi.cj.visis instrumentis.col.ij.in.j.vol.cum simili.& talis reuocatio contractus initi cum non subdito intelligitur interdicta principi, etiam si subsit causa vt notáter concludit Pau. de ca.in consi.cclxxxvij.col.fina.in.j.vol.Secus tamen si contractus initus sit cũ subdito:vt dicit Imo.in.c.in nostra.de iur.iur.quem refert,& sequitur Barba.in.c.at si clerici.§.de adulterijs.in.xxij.col.de iudi.& in.c.nouit.in iij.col.nu.181.eo.tit.dicens pro hoc esse casum singularem in.l.titius puerum.ff.de obse.liber.de quo tex.etiam meminerũt Moder.in repe.l.omnes populi.in.xxij.col. ff.de iusti.& iur.& Roma.in consi.ccccxxxvj.incip. ꝙ indultum.in.vj.col.paruo vol. ¶ Et quod dictũ est de subdito nõ habet locum,quãdo pro illo contractu princeps pecuniam accepisset, Quia tunc idem dicendum esset, quod de non subdito,videlicet, ꝙ reuocari non posset, Ita Bal.in.l.qui se patris.col.vij.versi.hoc scias.C. vnde libe.Et licet istud vltimum nõ sit sine dubio:vt patet, ex his quæ dicunt nouissimi in.d.c.j.& dixi latius in.d.l.titius.Tamẽ primum dictum communiter tenetur : vt late exorditur Guiliel.Benedicti moder.in magna sua repe. c.raynutius.fol.xv.in.iiij.col.de testa. Restat igitur conclusio firma, ꝙ princeps non poterit reuocare statutum transiens in contractum.

¶ Tamen aduertendum est vlterius, ꝙ ista principalis limitatio non videtur vera:nam præsupponit principem ex contractu obligari,& non posse illud reuocare, Nam in contrarium consuluit Ioã.Campegius in consi.ij.posito inter consilia Alber.bruni:& idem Alber.in consil.j. vbi per plura tenent principem posse a contractu recedere,prout vult : quia non potest sibi imponere legem,a qua recedere non liceat.l.princeps.ff.de legi.Pro quo plura consi.alleg.quæ pro re videas.Et pro ista parte videtur decisi.Bar.in.l.siquis in principio.in penul.col.de leg.iij.Et vltra allegata per ipsos de hoc mihi videtur casus nota.in.l.vacuatis.C.de decurio.lib.x. vbi immunitas concessa a principe per viam contractus potest per ipsum reuocari, Ad idem est tex.in.l.qui fundos.C.de omni agro deser.lib.xj.& ista de plano procedunt, quãdo

illud princeps faceret pro publica vtilitate, quæ in dubio præsumitur: vt dicit Bar.in.l.quicūq.in fi. per illum tex.C.de fide instru.& iu.hastę fis.lib.x.alleg.tex.in.l.certa forma.C.de iure fisci.libro.x. ¶ Præterea neq3 illa illatio quam faciūt Moder.de dicto Pau. de ca.in.l. digna vox. potest procedere: quia cōtra eam videtur tex.in.l.fi.ff.de condi.ob turp.cau.vbi si promitto vel do pecuniam vt rem meam quam tibi commodaui recuperem, ea recuperata, nihilominus possum pecuniam repetere, Sic est dicendum in proposito, quia si princeps facit promissiones ciuitati subiectæ, cum qua bellū habeat ex quo illud facit, vt eam ad suam obedientiam reducat, videtur φ facta reductione possit promissiones illi factas infringere
142 per illum text.suadetur. †Hoc nam licitum est, dolosum doloso decipere, quo ad effectum, vt ad voluntatem meam reducam, nec ille dolus dicit esse malus, sed bonus. Ita est tex.in.l.cum pater.§.a titio.ff.de leg.ij.facit glo.in c.cupiētes.§.φ si per viginti.l.de elec.cum concor. quæ scribit Deci.in.c.sedes.in.ij.no.de rescrip.& de hoc videtur decisio.nota.& quasi in terminis Bar.in.l.ij.C.quando lice.sine iudi.se vindi. Facit quod dicit Fulgo.in.l.fi. §.sed quia quidam.in.ij.col.C.de iure deli. Non ob.d.l. φ semel.quia licet ille tex.habeat plures intellectus: vt patet ibi per glo.& hoc euitari possit iuxta doctrinam Bar. in.l.in ambiguo.de rebus dub. ¶ Tamen tenēdo φ probet coniuncta.l.item eorū.§.fi.ff.φ cuiusq3 vniuer.nomi. Dico φ ad illum tex.potest responderi, distinguendo, φ aut illud priuilegium seu statutum est factum ex causa, & tunc sine causa non potest reuocari: & ita intelligitur ille tex.aut subest causa, & tunc potest: vt in.q.nostra: nam papa ad hoc facit pacem, vt illos de ciuitate sibi subiecta qui denegabant ei obedientiam, ad eam reduceret, quo casu facta reductione poterit voluntatem mutare.d.l.fi. Et pro ista opi. facit dictum Barto.in.l.iiij.§.si tibi.ff.de condi.ob tur.cau, & in.l.siquis in graui.§.si ex stipulatu. ff.ad sille.Accedit ad hoc notabile dictum Archi.in.c.vtile.xxij.q.ij.vbi refert factum papæ Alexandri Tertij, qui
143 †cum a simoniaco episcopo non posset confessionē criminis extorquere, pmissionibus illi in secreto factis astu detexit eius crimē, & detectum postea iure puniuit, Nam

promisit illi Alexander remissionem, si vellet coram car dinalibus suum fateri reatum, qui putans Alexandrum pollicitam sibi fidem seruaturum, crimen præsentibus cardinalibus confitetur, Tunc Alexander ex tua igit con fessione te condemno, & publice depono. Istud dictum Archi. multum commendat Fely. in. c. afferte. in prin. de præsump. & in. c. accedens. el. ij. vt lit. non contesta. in. j. col. Ias. in. l. si mora. in. iij. no. ff. solu. matri. Quanuis rem ipsam, & personam aliter extimātibus res dura videatur. Simile exemplum referunt Moder. Bononien. se habuis se in facto in repe. rub. C. de proba. in. lxix. col. vbi vide as, quia est notabile, & sæpius contingens, & aliud ponit Specu. in lib. qui vocatur rationale diuino. fo. lxv. in. iiij. col. Ad idem accedat not. dictum Hugo. quem refert, & sequitur ibi Domi. & Præposi. Alexā. in. c. nos in quemq̄.
144 ij. q. j. vbi dicunt † ꝙ iudex promittēs delinquenti remis sionem delicti, si illud confiteatur, ꝙ si postea confitetur, potest eum condemnare, quod valde commendat Fely. in. d. c. afferte. & idem Moder. in singu. clxxvij. incip. ma litijs. facit etiam ad hoc notabi. dictum Io. an. in addi. ad Specu. in titu. de fur. in. j. addi. circa fi. quem refert, & se quitur Alexā. & Ias. in. d. §. si tibi. & Barba. in. c. sedes. in iiij. col. de rescri. & Moder. vbi. s. & in. l. j. §. cum quis. col. j. de quæstio. In qua quidem specie plura exempla refert Bapti. fulgo. in lib. exemplorū. c. de astute dictis & factis, vbi inter cætera illa de milite Hispano, Mnesteoq; Aure liani Imperatoris liberto, & Cæco Agrigentino summe notanda sunt, ad quæ addes ea quæ de dolo Pithij ex sen tentia Galli Acquilij scribit Marcus Tul. Ci. lib. iij. offic. Concludas ergo, ꝙ sicut impium est bonos circunueni re, ita etiam expedit malos, quos aliter castigare non pos sumus insidijs atq; dolis circunuentos punire, Nam vt inquit Bal. in. l. j. in pen. colū. versi. quæritur quidam. C.
145 vnde vi. † ꝙ nullus est dolus si fides prædonibus non ser uetur, Nam dolus an virtus quis in hoste requirat: vt di cebat Corębus alioquín iustissimus apud Virg. & Aene. refert Iason in. l. si rem. ff. de præscrip. verbis.

¶ Tamen adhuc est aduertēdum, quia contra ista videt deci. Bar. quem ibi sequuntur alij in. l. conuentionum. ff. de pac. vbi vult per illum tex. ꝙ illa regula quæ habet, ꝙ

fides

fides hosti non est seruanda, intelligitur a persona priua-ta, secus vero a publica, vt est papa & imperator iudex dux belli & similes, de quibus superius est dictũ, qui isti seruare fidem debẽt, etiam suis hostibus: vt ibi dicit Bar. Pro quo est notabile consi. Io. de imo. in consi. cix. incip. visa inquisitione. quem sequitur, & commẽdat Paris de puteo in trac. syndica. fo. xcij. versic. sequitur quæstio. & reassumunt Moder. Bononien. in singu. ccj. incip. in con fessum. in singularibus nouiter editis.

¶ Tamen ad istud dictum Bar. in d. l. cõuentionum. po-test responderi, ꝙ procedat quãdo persona publica pro-mittit fidem non subditis, secus autem si subditis negan tibus obedientiam, vt in casu nostro: quia tales dicuntur prædones, & nullus est dolus, si talibus fides non seruat: pro qua opi. allego tex. in. c. vtilẽ. xxij. q. ij. qui text. loqui-tur in persona publica, videlicet, in rege, & tamen dicit ibi tex. ꝙ ille dolus est bonus si fides rumpatur hosti a re-ge, quia hostem possumus astu decipere.

¶ Vel secundo dicas illud procedere, quando princeps certat de lucro captando, secus autem de damno euitan do: quia tunc (vt subditos trahat ad voluntatem suam) poterit bonis verbis decipere. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. Et ita declaratur nouiter dictum Barto. & aliorum in. d. l. conuentionum. super quo cogitabis: quia quælibet opi nio magno se iudice tuetur.

¶ Vel tertio dicas, ꝙ licet princeps in dubio non videa tur velle etiam in casu quo possit tollere priuilegiũ sub-dito cõcessum ex causa onerosa, & quæ trãsiuit in contra ctum, illud est verũ, nisi sit modicũ præiudiciũ & ad mo dicum tpͤs: quia in tali casu, vt reuocatio aliquid operet, hoc vr̃ de intentione eius vt censeat reuocatum priuile-gium, Ita bis tpe meo determinauit Rota de mẽse Decẽ. 1531. in vna hispalensis simplicis bñficij corã R. P. do. Io. Clerici, & in alia Gebenen. de Begnino coram do. Nico. de Picolominibus de mense Ianuarij. 1532. Nam conclu serunt, ꝙ regula cancellariæ posterior quæ volebat cer-tos ibi nominatos præferri quibuscunque officialibus, cẽseretur derogasse priuilegio militum sancti Petri con-cessum per viam contractus, & ex causa onerosa, ex quo illa reuocatio erat duratura ad modicum tempus, vide-

licet, viuente papa, pro qua opinione allegabatur text. in l. quotiens. C. de praeci. impera. offeren. & consi. Alexan. in terminis in consi. ccxvj. incip. nec arguendi sumus. in ij. volu. quod est notandum.

¶ Tamen considera in contrarium glo. in c. cum olim de consue. quae communiter approbatur, & tamen vult quod sicut princeps non praesumitur velle aliquem praeiudicare in magno, ita neque in modico praeiudicio sequuntur Moder. in. c. super eo. de offi. dele. & ideo cogitandum est, si aliter possent iste opi. ad cōcor. reduci. Dico igitur
146 sic † quod aut princeps vult promissa reuocare sine causa, & hoc facere non potest, sed efficaciter ex contractu obligatur, sicut quilibet priuatus: vt. d. c. j. de probatio. & isto modo procedat prima opi. aut vero loquimur de reuocatione cum causa: & tunc procedit secunda opi. quod poterit reuocare cōtractum cum sit omni lege solutus: & ista distinctio videtur colligi ex dictis per Felyn. in. d. c. j. & per praefatos consulentes, licet non ita expresse dicant.

¶ Sed vlterius circa praedicta est aduertēdum, quia contra illud, quod dictum est ex mēte Domini. hic videlicet, quod priuilegium siue statutum in vim priuilegij non subditis cōcessum, non potest reuocari: vt etiā concludit Bar. in. l. priuilegia. C. de sac. sanc. eccle. per rationem quam tradit Iason in. l. si reus. in prin. ff. de pac. Moder. de Mōteferrato hic in. vij. col. multum instant: & dicunt contrā hoc esse tex. in. l. si quis curialis. C. de episco. & cle. quem ibi in penul. nota. ponderat Bal. in illis verbis, legē enim
147 his prodesse non patimur &c. Vbi dicit † quod licet per statutum non potest clericis auferri ius cōmune, potest tamen eis auferri beneficium statuti, & beneficium priuilegij sibi indulti: & ita illum tex. ad hoc ponderat Alex. in. l. nolle. ff. de acquirē. haere. licet de eo Moder. non fecerint mentionem: & ad hoc idem, illum tex. inducit And. sicu. in repe. rub. C. qui admit. ī. iij. col. & in rub. de reb. eccle. in. viij. col. nu. 83. & col. xxix. nu. 135. Bal. consil. cclxj. licet statutum. in. iij. lib. quod errore est repetitū consi. cclxx. eod. lib. Alex. late in consi. ccix. statutis accurate. in antepen. col. in. ij. volu. cum pluribus alijs concordā. quos praeter istos congregat Deci. in consi. lv. visis his quę nouissime. in. ij. col. in. ij. parte. & in consi. lxxiij. als. cclxxv. in causa.

in.ij.col.&.iiij.ea.parte,& Ias.post Bal.in.l.de quibus.in ij.col.ff.de legi.& tamen nemini dubium est,ꝙ clerici respectu imperatoris dicuntur magis non subditi,q̄ layci, cum illi etiam si vellent non possent se subditos facere: vt notanter concludit Signore.in consi.xxj.incip.statuta ciuitatis.col.ij.Ex quibus habes comprobatam opi.Mod.

¶Sed ad illum tex.ijdem Moder.repeten.hic,& in repe. l.omnes populi.in.xiiij.col.ff.de iusti.& iur.diuersimode respondent.Prima igitur est solutio quorundam vt ipsi dicūt ꝙ reuocatio priuilegij.d.l.siquis curialis. procedit de facto,non de iure,& licet ipsi non dicant,ista responsio fuit Fely.in.c.ecclesiæ sanctæ Mariæ.in.xi.col. versic. pro prima opi.de constitu.vbi latius hoc attingit.Sed ad hoc prædicti Moder.replicant ꝙ illa solutio eis nō placet

148 †quia princeps in dubio non præsumitur de facto procedere,ne inde nascantur iniuriæ,vnde iura nascuntur. l.meminerint.C.vnde vi.c.quali.& quando.de accu.vnde ipsi aliter distinguunt,vt hic per eos, & licet ipsi non dicant suam distinctionē,possint prius glo. in proœ.cle. in ver.de cætero.post prin.quam sequitur Felyn.in.c.ij. in.iiij.col.in fi.& in.c.fi.in.iiij.col.de consti.& in.c.j.in.ix. colum.in fine versicu.sexto.de rescrip.& in.c.causam.in iij.col.de præscrip.& alibi sæpe.

¶Et ideo reiecta prædicta solutione ijdem Moder.aliam & diuersam solutionem assignant ad.d.l. siquis curialis. in.d.l.omnes populi.vt ibi per eos quæ prius fuit Decij in.d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.in.xxiij.col.& ante Deci.eā prius scripsit And.sicu.de quo ipsi non meminerunt in consi.j.in.xj.col.in.iij.volu.

¶Sed tamen reiectis omnibus istis solutionibus mihi videtur aliter dicēdum,videlicet,ꝙ tex.in.d.l.siquis curialis.non probet illud ad quod Moder.& cōmuniter doct. allegant,immo potius probat oppositum,& ideo considera,ꝙ ibi imperator non tollit priuilegium clericis,sed potius illos statuendo,videtur priuilegiare,pro cuius intelligentia est sciendum,ꝙ vt dicit ibi glo.fi.de iure anti-

149 quo erat dispositum,†ꝙ si clericus fieri volebat decurio cedebat bonis,verum quia illa lex antiqua erat clericis odiosa,& quodāmodo in iniuriam ordinis clericalis introducta:quia per illam videbatur infelices clerici in pla

tels mendicare in opprobrium clericatus: vt dicit tex. in c. diaconi. xciij. dist. Ideo illam imperator in. d. l. siqs curialis. in fi. sustulit, & reuocauit ꝙ illa lex antiqua fuisset in iniuriam clericalis ordinis, est casus in terminis in auc. sed neq;. C. eo. titu. patet igitur ꝙ illa. l. siquis curialis. reuocans illam legem antiquam fuit facta potius in fauoré clericorum, q̃ ꝙ eorum priuilegium tollat. Nec ob. si dicas ꝙ verba illius text. videntur innuere, ꝙ illa lex fuisset clericis proficua, ibi dum dicit clericis enim vlterius legem prodesse non patimur &c. quia respõdeo ꝙ licet ex tali lege sentissent aliquale commodum temporale ratione honoris & præeminentiæ dignitatis decurionatus, illa tamen vtilitas erat secundaria, & per consequens non erat in consideratione, arg. gl. fi. in. c. ij. l. de pac. & eorum quæ tradit Ias. in. l. siquis ne causam. si cer. pet. Principaliter tamen illa lex erat odiosa: quia in detrimentum ordinis clericalis, & neglectum cultus diuini. argu. tex. in. l. j. ff. de admi. tuto. & istud probatur in. c. si diligenti. de foro compe. & in. d. auc. sed neq;. † Quia dum clerici secularibus administrationibus intendebát, ea quæ Dei sunt negligere videbantur. c. sed nec. extra ne cleri. vel mo. & per consequẽs per hoc cultus diuinius minuebatur contra tex. in. c. ex parte. de cõsti. vnde imperator christianissimus hæc considerãs reuocauit illam legẽ antiquam, & iste videtur verus sensus nouus & realis ad. d. l. siquis curialis. quẽ perpetuo nota. ¶ Et tenẽdo istam partem non ob. ẽt tex. in. d. c. ad apłicam. de simo. alleg. per Mod. post Bar. in. d. l. priuilegia. quia r̃ndetur ꝙ ille tex. non ꝓbatt vt ẽt de hoc perpẽdit Ias. in. l. non amplius. §. si certũ. in

151 ij. col. nu. 12. ff. de lega. j. † Nam dicit ibi ꝙ quidam layci introduxerunt quãdam consuetudinẽ de dando clericis aliquid, & ibi fuerunt sublatę quędã consuetudines clericorum: illa tñ nõ fuit sublata ex quo Bar. arguit: ideo factum fuisse, qa illa non potuit reuocari, quod tñ ibi non dicitur. Nam ideo ibi illa consuetudo non fuit reuocata: quia erat licita, per hoc tamen non infertur ꝙ reuocari non posset: & sic ille tex. non probat. Vides igitur quantum Moder. in hoc a vero deuiauerint, fateor tamen ꝙ vtraq; opi. in disputatiõis cõgressu de facili sustineri posset: vt p3 ex adductis p Fely. & Dec. i. d. c. ecclía. s. Mariæ.

Nc tamen aliquid remaneat intactum:& tex.in.d.l.si curialis.omni ex parte resoluatur, puto sic posse distinguēdo dici, videlicet, vt fiat differentia inter priuilegia clericis concessa, quæ sortita sunt effectum, & illa quorū non dum effectus fuerat sequutus, nec ius acquisitū, primo casu procedat opi.contraria, secundo casu communis opi.& ista distinctio in terminis approbat a quodam moder. Petro And.de casali Bononiē.in trac. extensionum. in.xlj.col.& ego pro ista distinctione allego tex.in arg.in c.si.de conces.præben.lib.vj.quem ad hoc Fely. inducit in.c.causamq;.in.xv.col.& in.c.capitulum.in.vij.col. de rescrip.& ad hoc facit regula cancellariæ ordine.x. cum duobus sequen.& hoc quantum ad.l.si curialis.

¶Sed amplectendo totam materiam prędictarum conclusionū in genere,& præsertim istius conclusionis principalis possunt omnes prædictæ opiniones aliter ad con
152 cordiam reduci, distinguendo isto modo† q̄ aut priuilegium conceditur non subdito propter aliquod factum vel datum:& tunc secuto facto vel dato non potest amplius reuocari:quia iam illud priuilegium sortitū est naturam contractus:& tunc dicitur sortiri naturam contractus, quādo vt dixi, ex illo resultat datum vel factum, exemplum potest poni in dicto Io.an.in tit.de censi.§.nūc
153 dicendum.versi.q̄ si vniuersitas.†vbi dicit q̄ si aliqua ciuitas fecisset aliquod statutum, q̄ venientes ad habitandum illum locū essent immunes ab omnibus oneribus, & exactionibus, Si ciuitas postea statuisset contrariū, statutum non valeret, ratio est, quia illud priuilegium fuit concessum illis propter aliquod factum.s. si venirent ad habitādum, quo casu nascitur hic quidam contractus.s. do vt facias, vel facio vt facias, vnde eo ipso q̄ tales veniunt ad habitandum est perfectus & consumatus contractus:& ideo amplius non potest reuocari:& ita intelligitur illud dictum Bar.in.d.l.qui se patris.C. vnde libe.q̄ quando priuilegium transit in nomen contractus, non potest reuocari, Hæc fuit nota.declaratio Areti. in.c.nouit.de iudi.aut vero ex illo priuilegio, siue statuto, non resultat aliquod datum vel factum, & tunc bene potest reuocari,& procedit contraria opi.
154 ¶†Ita eadem glo.in fi.dum loquitur glo.de clausula de

rogatoria Mod. hic se remittunt, Nouissimi aũt satis im-
pertinenter circa hoc multa transcribunt, ego etiam me
remitto: & vide vltra hic alleg. per Moder. late Fely. in c.
accedẽtes. in. ij. col. de præscrip. Vbi dicit ꝗ de clausula
derogatoria debet fieri specifica mentio in secũdo testa-
mento, vel lege, nec sufficit generalis, & dicit hãc esse cõ-
munem opi. & qui contrarium dicunt errant: & hoc idẽ
tenet in. c. j. in. ix. col. de rescrip. & ante ipsum Car. in con
si. lij. incip. in præmisso dubio. & istam ẽt dicit esse cõem
opi. Alex. in consi. xxv. viso testã. in. iij. vol. ¶ Soci. tamẽ
in. l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. j. dicit cõem opini-
esse in contrarium, videlicet, ꝗ sufficiat mẽtio generalis,
de quo vide ibi per Moder. & alĩs plura dixi post Bart. in
l. siquis in principio. de leg. iij. & vide Fely. in. c. nonnul-
li. in. vj. col. post Abb. de rescrip. & ad istam glo. vide eun
dem Fely. in. c. gratum. in prin. de offi. dele. Domi. in. c.
fi. l. de rescrip. & vltra ipsos vide gl. nota. in. c. quoniam.
xviij. dist. & latius Alex. in cõsi. xliiij. videtur prima fron-
te. lib. iiij. & quæ dicatur clausula derogatoria, & quibus
verbis fieri posset declarat late Dominicus in consilio
cxv. incip. super dubio. quæ omnia addas ad loca cõia.
¶ Et quæ dicta sunt de plano procedũt, in clausula de-
rogatoria expressa, de tacita autem, quæ elicitur a contra-
rio sensu, est maior dubitatio, cõmunis tamen opi. tenet
ꝗ de illa nulla debeat fieri mentio, sed ꝗ per simplicem
contrariam volũtatem tollitur. allegatur text. sing. in. l. fi.
155 in prin. de leg. ij. Declaro quæ dicatur clausula deroga-
toria expressa, & quę tacita: quia fortassis non intelligis,
dicas ergo, ꝗ clausula derogatoria expressa est, quando
declaratur voluntas in specie, rõne alicuius actus postea
faciendi cum certa solemnitate extra in testamẽto, dico,
si aliud testamentum fecero, nolo ꝗ valeat, nisi ibi talis
solemnitas ponatur, ecce ꝗ nominaui expresse actum fa-
ciendum qui si non habet illam solemnitatem, propter
istam clausulã derogatoriã expressam, non valet. ¶ Taci-
ta clausula est, quando in genere generalissimo, & nõ spe-
cifice volo aliquid obseruari in actu faciendo: vt puta in
d. l. fi. nam dixerat testator siquid obsignauero &c. & non
dixit quod erat obsignãdum, Rursus non expresserat in-
cla, & quid si obsignatum non fuisset, & propterea Aqui

postea factus, & non obsignatus valuit, Ista est cõis op. ad.d.l.fi.licet non fuerit ita declarata, quã sequuntur, & tenẽt hic Mod.& prius Bal.in.l.humanũ.C. de legi.& in l.filium.col.xiij.C.fami.hercis. Alex.in.l.j.in.ij. col.ff.de off.eius, Ias.in.l.filio.in.j.col.ff.de lib.& posthu.& in.l.ser uum filij.§.si idem.in fi.col.de leg.j.& idem Ias. dicit al's se dedisse quinq; intellectus ad.d.l.fin.in.l. sancimus.C. de testa.vt ipse idem refert in.l.clari.C.de fideicom.& ta men in.d.l.sancimus illos non ponit.

156 ¶ † Iste intellectus cõis vltra doc.potest isto modo fortifi cari, quia prohibitio testatoris tacita non inducit annul lationem actus in contrariũ facti, neq; operatur exclusio nem eius, secus est in expressa, gl.est no, in.l. cum pater. §.libertis.& ibi Bart.de leg.ij. Hinc est, q; expressa substi tutio pupillaris excludit matrẽ.c.si pater.j.de testa.&.l. papinia.§.sed nec impuberis.ff.de inoffi.test. Tamen se cus est in tacita: vt est tex.in.l.precibus.C.de impube.& alijs substi.fm communem intellectum, & in.l.fina.C.de insti.& substi.Ergo eodem modo est dicendum in clausu la derogatoria expressa, vel tacita.

¶ Sed tñ considerandum est, quia iste intellectus qui est cõis ad.d.l.fi.non videtur pcedere, quia ibi non colligi tur argumẽtum a contrario sensu, & ideo valuit epistola postea non obsignata. Nam si argu.a cõtrario sensu col

157 ligeretur non valeret, pbatur hoc: † quia illud qđ venit a cõtrario sensu dr̃ esse expressum, & manifestũ proprie ex voluntate testõris, non tacitũ, casus est no.fm q; eum ponderat And.sicu.in.c.ij.in.xij.col.de fo.cõpe.in.l.siqs locuplex.ibi apertissime.ff.de ma.tes.melior tex.in.c.j.j. dis. Nã Christus in euãgelio dixit, quęcũq; vultis vt faciãt vobis hõies, & vos eadẽ facite illis, a contrario sensu ibi colligit q; Christus prohibuit alijs fieri, quod sibi nollet fieri: & tñ tex.in.d.c.j.dicit, q; istud phibetur in euange lio, licet hoc veniat a cõtrario sensu, qđ ibi no.gl.in ver.

158 prohibetur. † Datur ergo ex hoc clare intelligi, q; argu.a contrario sensu, idem operatur qđ expressum: qa summi tur ex cõiectura manifesta.l.quibus diebus.§.quidam ti tio.ff.de condi.& demon.& ibi no.Soci.in.v.no. Quo ca su illud quod colligitur manifeste, habetur pro euidenti expresso.l.licet imperator.de leg.j.

159 ¶ † Sed expressa clausula derogatoria impedit secũdum actum cõtrarium, nisi de illa fiat mentio. l. siquis in principio. vbi Barto. ff. de leg. iij. Ergo eodem modo illa quae colligitur a contrario sensu, & ista ratione esset dicendũ, ꝙ in. d. l. fin. Epistola non obsignatá, non deberet valere, quare igitur in. d. l. fi. contrarius actus valuit: dico, ꝙ nõ alia ratione, nisi quia ibi nõ sumitur argumentum a contrario sensu: & quia ille casus epistolę non obsignatę erat obmissus a testatore, quo casu relinquitur sub dispositione iuris, vulg. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. Quae dispositio iuris communis disponit, ꝙ valeat eo modo, quo possit, vt ibi patet: & est tex. in. l. quisquis. de leg. iij. ibi, voluntatem praeterea defuncti, quae maxime in fideicommissis valet ei sententiae suffragari &c. Et praesertim hoc admittẽdum est, fauore liberorum, de quibus loquitur. d. l. fi. pro quibus solet benigna capi interpretatio. l. cum auus. ff. de condi. & demon. & . l. cum acutissimi. C. de fideicom. & ppter illos receditur a regulis iuris auctẽ, hoc inter liberos. C. de testa. hic alleg. in glo.

¶ Habes igitur ex hoc primum nouum intellectũ ad. d. l. fi. vltra omnes, ꝙ licet in secundo actu debeat fieri mentio de primo habente clausulam derogatoriam, tamen vbi secundus est factus fauore filiorum, hoc non ꝑcedit ratione. ſ. dicta. ¶ Tamen istum intellectum non teneo, qui licet prima facie videatur coloratus, tamẽ non est tutus, ex eo quia illud assumptum nõ est verum, ꝙ dicatur proprie expressum illud quod venit a contrario sensu: vt tradit Bar. & Alex. & alij perplura iura ĩ. l. j. ff. de offi. eius. & Fely. in prin. decre. in. ij. col. & ista est communis opi. ꝗuis nouissimi Bononien. in. d. l. j. hoc disputent, & ibi respondet ad iura. ſ. alleg. & hoc etiam tenet Barto. & Moder. in. l. omnes populi. in. iiij. q. vj. q. prĩci. ff. de iusti. & iur. & ibi dixi. ¶ Vnde duo alij intellectus ad. l. fi. colliguntur ex dictis per Deci. in. l. j. in. xij. col. ff. de offi. eius. videlicet, ꝙ ideo in. d. l. fi. epistola non obsignata valuit: quia in ea fuit facta mentio de clausula derogatoria posita in testamẽto, ad hoc ipse alleg. text. qui ita intelligitur ſm communem intellectum in. l. diuus. §. & licet. ff. de iure codi. & tamen ibi glo. parificat. d. l. fi. cum illa lege, & simul ita intelligit: & pro isto intellectu vltra Deci. facit ga

160 ex quo tex.in.d.l.fi.loquitur de epistola † præsumitur q̃ fuerit solẽniter facta cum oĩbus requisitis text.est quem ibi Bal.no.in prin.in.l.j.C.de contrahen.& cõmit.stipu. ¶ Sed tamen iste intellectus mihi non placet, quia est di-uinatiuus, & cõtra tex.in.d.l.fi. Nam ibi tex.non dubitas-set an epistola valeat vel non si in ea fuisset facta mentio de clausula derogatoria:& illud dictum Bal.in.d.l.j.pro-
161 cedit † in epistola mercatorum non testatoris in qua solẽ-nitas debet exprimi:vt dicit tex.in.l.siquis in principio. de leg.iij. Vnde ibidem Deci.forte ad hoc aduertẽs, dat alium sensum:& dicit q̃ si ibi argumentum a contrario sensu colligatur directo modo, ille tex.nõ obstabit: nam ibi argumẽtum a contrario debet capi sic: quia dum ibi dicitur valere iure codicillorum quod obsignatũ fuisset a contrario sequitur q̃ non valeat iure codicillorũ, si ob-signatum sit, Sed per hoc non tollitur quin valeat virtu-te donationis comprehensæ in epistola, quia ista videtur diuersa dispositio. ¶ Tamen etiam iste intellectus qui vi-detur multum coloris habere, & fuit Caroli Roini, vt.i.di-cetur, licet per alia verba relatus per Deci.claudicat, ex eo quia tex.ibi quærit, an ea quæ epistola continẽtur ad filium pertineant &c. Certum est q̃ ista verba de fideicõ-
162 misso loquitur. † Nam verbum pertineant, intelligit per fideicommissum.l.fideicommissa.§.si filio.de lega.iij.l.j. C.de pac.inter emp.& vendi.& sic vice codicillorum. Et tamen dicit ibi tex.q̃ debetur filio relictum in epistola, & tamen illa epistola quæ vicem codicillorum obtinet non fuit obsignata:& sic iste intellectus, etiam si eo modo ca-piatur contrarius sensus non conuenit. Et ideo reperio alium nouum intellectum ad istum tex.positum per Ca-ro.Roi.in.l.ita stipulatus.fo.viij.ff.de verbo.obli. dicens q̃ in.d.l.summitur argumentum a contrario sensu:quia illa clausula derogatoria ibi posita fuit ad derogandum his, quæ in codicillis reliquisset, Ideo si nõ reliquisset ibi in codicillis obsignatis, dispositio non valuisset, argumẽ-to sumpto a cõtrario sensu, sed quia illa protestatio sum-pta a contrario sensu fuerat facta circa codicillos, non extendebatur ad epistolam, quæ differt a codicillis, sm
163 Bal.in.l.hæreditas.in prin.C.de his quib.vt indi. † Pro-testatio igit vel clausula derogatoria facta in vna dispo-

sitione, non porrigitur ad aliam. l. si vnus. §. si ante oia. ff. de pac. Bar. in. l. non solum. §. morte. de ope. noui nun. & ista est ratio. d. l. fina. ℭ Sed iste etiam intellectus repre henditur per nouissimos Bononien. in. l. j. in. xxviij. col. de offi. eius. dicentes, ꝙ in. d. l. fi. generaliter fuit deroga tum omni relicto, quod non esset obsignatum, patet, qꝛ testator dixit si quod obsignatum &c. Nec est verum ꝙ illa protestatio fuit facta circa codicillos, de quibus testa tor non fecit mentionem sed de omni relicto. ℭ Sed tu considera ꝙ isti nouissimi non recte perceperunt intelle ctum Roini, quia Roinus nō dicit, ꝙ illa clausula fuit po sita in codicillis, sed ad derogandum his quae in codicil lis reliquisset, ꝙ si obsignatum non esset non valuisset vi ce codicillorum, sed relictum in epistola nō est relictum in codicillis, sed in dispositiōe diuersa ab illis, vt Roinus probat, & ideo illa protestatio epistolam non comprehē dit, & hoc est quod vult dicere Roinus, & iste intellectus est idē in effectu, cū illo Decij, & nescio qs eorum alteri sub traxerit, nisi dicam⁹ aīam vnā fuisse i duob⁹ corporib⁹.

164 ℭ † Tamen mihi iste intellectus alia ratione non placet, quia quo ad effectum iuris & relicti in vltima voluntate nulla est differētia inter epistolam, & codicillos. l. j. §. sanc cimus. vbi gl. C. de lati. liber. tollen. l. qui absenti. in fi. ff. de acqui. possess. & codicilli & epistola pro eodem ponun tur, in. l. j. & ibi no. glo. fi. C. de codicil. per quam apparet differentiam, quam ponit Bal. in. d. l. haereditas. non esse substantialem, sed tantum accidētia cōcernere, vt ibi pa tet, quo casu accidentia non inducunt specificam diuer sitatem: vt dicit Bar. in. l. j. in. iij. col. ff. de actio. & obliga. & Moder. omnes in. l. j. ff. de acqui. pos. & Bulgari. doctor subtilis in rub. C. qui admit. in. vij. colū. & tradūt Moder. in. l. j. de leg. j. ℭ Vnde reperio ꝙ Bar. de quo nullus mē tionem facit in. l. siquis in principio testamenti. in. j. col. ver. si. oppono ꝙ non sit necesse &c. de leg. iij. ex mēte Pe tri ponit alium intellectum ad. d. l. fi. satis coloratum. Di cit enim ꝙ ideo in. d. l. fi. protestatio illa siquod obsigna

165 tum &c. non vitiauit epistolam non obsignatam, † quia il la clausula siue protestatio fuit posita ad augmentum, & ex abundanti: & ideo non operantur diminutionem. l. le gata inutiliter. de lega. j. ℭ Sed iste intellectus, quis a ne

mine reprobetur, mihi tamen ea ratione non satisfacit:
quia regu.d.l.legata inutiliter procedit, quando inducta
ad augmentum operantur & sortiuntur effectum, & pro
pterea diminutionē non inducunt, secus vero vbi nihil
operantur respectu augmenti: quia tunc, vt operentur,
bene inducūt diminutionem, Casus est de hoc notabilis
quem ibi ad hoc no.Bart.in.l.deniq; §.interdū.ff.de pe-
cu.lega.Facit bene tex.in.l.proculus.ff.de vsufruc.sequi
tur Iason in.l.si mihi, & tibi.§.in legatis.in.ij.colū.nu.11.
de leg.j.Deci.in.l.j.in.iij.col.nu.34.ff.de reg.iur.& Mod.
post Iaso.in repe.l.centurio.fo.xxvij.in.ij.col.ff.de vulg.
& pup.Cum igitur in.d.l.fi.illa prestatio inducta ad aug-
mentum, videlicet, si quod obsignatum erit &c. nihil in
augmento operatur, ergo deberet diminutionem & an-
17 ad nostram.in ver.ecclesiæ.de hære.vbi dicitur † ꝙ ecclesia militans est exempta ad instar ecclesiæ triumphantis. facit.c.ecclesia paradiso comparata.de consecra.distin.
18 iiij.hinc est,† ꝙ vbi lex est permissiua peccati, etiã venialis,non debet obseruari in foro conscientię,nec etiam in foro fori:Fely.in.c.ecclesia in.xvj.col.de consti. Abb.in c.veniens secundo.de sponsa.& in.c.fina.de præscripti.
19 tex.in.c.inter hæc.xxxiij.q.ij. Et hoc respectu ius canonicum diuinum appellatur.c.qualiter & quando. de accusa.quia semper est conforme iuri diuino.c.fi.ix.distin. cum sexcentis concordan.vt in trac.nuptiali.fol.cxxviij. in.iij.colũ.Sed in foro conscientiæ quis licite potest retinere quod sibi debetur:vt notat Bal.in auc.ad hæc.C.de vsur.ergo eodem modo poterit retinere illud quod a iure canonico vel lege conceditur:vt late tradit Iason in.l. si pœnæ.in fine princi.ff.de conditio.indebi. faciunt ea quæ dicit Fely.in.d.c.vigilanti.col.fina.de præscrip. Et vltra ipsum accedat in ꝑposito quod dicit Areti.in consilio.clv.incip.periculosum est.in fi.vbi vult a fortiori, ꝙ etiam si pia causa sit substituta non excludit matrem nisi esset talis substõ facta pro exoneratione consciẽtiæ testõris.
¶ Istis tamen non obstan.teneo opinio. Archidi.quæ est communis,& eam sequũtur Moder.in.d.l. præcibus.C. de impube.& in.l.ij.ff.de vulga.& pupilla.plura allegantes,& Alex.in consi.xlv.habita super his. in.iij.colũ.in.j. vol.& prædicta opi.fundatur in ratione tex.c.fin.xvij.q. iiij.iuncta.l.nam & si parentibus.in principio.ff.de inofficioso testamen.nam in.d.c.fina.disponitur, ꝙ qui relictis filijs instituit ecclesiam alium quærat qui accipiat q̃ Augustinum : quia Deo ꝑpitio neminem inueniet cum illud non sit ẜm conscientiam , & sic iure poli , & tamen quod ibi dicitur de filijs statuitur idem esse in parentibus:vt.d.l.nam & si parentibus per quam legem hoc dicit Fabia.de Monte in repetitio.auctẽ.nouissima. in.ij. q.j.partis.C.de inofficio.testamen.& Ang.in.l. ex facto. §.si quis rogatus.ad trebellianum.Barbatia in.l. cum acutissimi.C. de fideicom. & per istam rationem tenent

istam opinionem Archidiaco. Corneus Perusinus, & Philippus decius in. d. l. præcibus. in. iiij. columna. Domini. in dicto. c. si pater. pro quo dicto vltra ipsos benefacit, Nam ꝙ mater in totum excludatur etiam a legitima: vt volunt communiter doctores in dicta lege secunda contradicit equitati naturali: vt patet ex adductis egregie per Baldum in dicta lege pręcibus. post principium versicu. circa tertium. vnde quotiescunq; lex positiua absq;

20 † iusta causa contradicit equitati naturali talis lex non ligat in conscientia: vt tradit Imola in capitulo quia plerique. circa finem de immunita eccle. vbi notabiliter ex hoc infert ad quæstionem de filio, de qua ibi per eũ. Sed clarum est ꝙ nulla iusta causa subest, vt mater a legitima debeat priuari, ergo illa dispositio. d. c. si pater. tanq̃ rigorosa non debet attendi in foro conscientiæ.

21 ¶ † Non ob. primo fundamentum Ioannis Croti hic de textu nostro, videlicet, ꝙ ius canonicum pricipaliter tendit ad vtilitatem animarum: quia pro resolutione aduertendum est, ꝙ duplex est finis iuris canonici vnus est fori contentiosi, alius est fori conscientiæ, primus non est in totum directiuus ad salutem, nec omnia ſm ipsum licita sunt in foro animæ: vt patet toto libro secundo decretalium, qui circa iudiciali versatur. Alius est finis in totum directiuus ad animam, de quo loquitur titulus de homicidijs, & titulus de pœniten. & remissio. & plures alij tituli de primo loquitur iste textus, de secũdo omnia contraria allegata. Et pro isto duplici fine est notabilis doctrina Antonij de burrio per illum textum in capitulo inquisitioni. de senten. excommunicatio. quem sequitur & multum commendat Felynus in capitulo nouit in sexta columna de iudicijs. & in dicto capitulo inquisitioni. & licet Andre. sicu. more suo super hoc dubitet in repeti. c. raynaldus. in. cxiij. col. de testamẽ. tamen pro opi. d. Anto. quæ communis est ego allego text. in. c. tua nos. de sponsa. & in. c. fraternitas. xij. q. ij. & pro ista dist. ꝙ duplex sit forus iuris canonici est casus vltra ipsos in capitulo finali. xvij. q. quarta quę omnia tene menti: quia non fuerunt hactenus declarata. facit textus in capitulo literas. de restitu. spolia. quem ad hoc idem alleg. Fely. in. d. c. inquisitioni.

22 ¶ † Tertio principaliter ex isto tex. reprehendunt Mod. dictum Abb. in. c. constitutus. el. ij. extra de appella. dum vult, q qui potuit eligere digniorem si eligat dignũ non est tutus in foro conscientię per tex. in. c. si quis iusto. ī. de elec. Nam dicunt Moder. illud dictum non esse verum, ex quo electio digni a iure canonico approbat. d. c. constitutus. cum simi. ibi adductis, licet dignior possit reperiri, dicendum est, q eligẽs dignum non peccat: & ita in d. c. constitutus. reprehendit Abb. Philippus Perusinus. ¶ Sed tamen opi. Abb. quicquid isti dicant est cõmunis & verior, vt ibi exordiuntur nouissimi, & eam sequitur Rochus de cur. in trac. de iurepatro. in ver. honorificum. q. xv. alia adducẽs, & sequitur Deci. in. c. in præsentia. in xxvj. col. nu. 56. de proba. & vltra ipsos potest ista opi. ratione, & multorum exemplis comprobari: † quia clarum est q electio dignioris est introducta pro forma in. d. c. si quis iusto. tunc sic quãdo electio fuit celebrata de minus digno habito consensu eligentium, licet non fuerit seruata forma electio valet etiam in foro conscientiæ, hoc dicit Inno. in. c. quia propter. de elec. sequitur Abb. in. c. j. in fi. de resti. in integ. & Deci. in. c. j. in. viij. col. de consti. & Iason in. l. nemo potest. in. ij. lec. in. xvj. col. de leg. j. dixi in. §. omnium. nũ. 27. de actio. ¶ Vltra prædicta ista opi. potest comprobari authoritatibus tam iuris diuini, q̃ humani de iure ciuili, in primis est text. qui non solet communiter allegari in. l. fœminæ. C. de secund. nup. in verbo in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ &c. quem tex. ad hoc Pau. de ca. alleg. in cons. clxxix. in. j. lib. col. ij. & hinc est q lege longobarda cautum erat,

24 † q pater non posset meliorare vnum ex filijs in plus q̃ alios, nisi alter fuerit magis meritus: de qua lege meminit Alberi. in auc. nouissima. col. viij. versi. item de iure. C. de inoffi. testa. & in. l. quoties. col. j. C. fami. hercis. & eodem modo in feudo dicendum est vt prudentiori, & sic idoniori ex filijs dandum sit: vt dicit Io. an. in addi. Spec. in rub. de feu. col. vlti. versi. sed hoc præsupposito. & hoc

25 idem dicendum est in successione regni. † Nam ille ex filijs in pari gradu præferri debet, qui prudentior, iustior, ac eminentior virtutibus alijs fuerit: vt scribit Pet. de ancha. in consil. cccl j. pro maiori intelligentia &c. Vbi hoc

multipliciter probat, & hoc idem statutum videtur de iu
re diuino: vt patet. iiij. Regum. x. ibi, dum dicit tex. eligite
meliorem de filijs domini vestri, & ponite super solium
patris sui: facit etiam Gene. c. xxvij. vbi Isaac benedixit Ia
cob natu minorem non Esau maiorem, & q̄q̄ errore du-
ctus: tamen s̄m doctores ibi ille error non sine misterio
euenit, quoniam Iacob melior erat: ad idem facit text. j.
Paralipomenon. xxvj. vbi Esay filium suum Sichi iunio-
rem prætulit fratribus suis natu maioribus: quia valenti
or cæteris erat: & hoc idem fecit Roboam rex, præfecit
enim Abiam filium iuniorem ducem super omnes fra-
tres suos: quia sapientior, & potẽtior erat: ideo ipsum re-
gem facere cogitabat: vt patet. ij. Paralipomenon. c. xj. &
iij. Regum. c. xv. ad idem facit quod scribitur. j. Macha.
26 c. ij. in fi. & ij. Paralipomenon. c. v. † & ista electio dignio-
ris videtur nobis imposita a domino iure pręcepti: vt pa
tet Leuitici. viij. c. dicit enim dominus ad Moisem con-
grega omnem cętum ad hostium tabernaculi in electione
27 Aaron, & filiorum eius vt sciant omnes, † q̧ qui pręstanti
or ex omni populo, doctior, sanctior, & eminẽtior, ille eli
gatur ad sacerdotium: & ibi Origenes in glo. dicit, q̧ qui
alijs mōdis eligunt debent timere Dei iudicium, & sibi
imputare damna, & perditionem animarū & ruinam ec-
clesiæ quæ destituitur in institutione mali prælati, Nam
plus peccant qui eligunt indignum, q̄ qui eligūt contra
formā electionis, Bal. in. c. auditis. circa fi. de elec. Immo
plus q̄ homicidę: vt dixi. s̄. in. c. j. allegando Imo. in. c. cū
nostris. de conces. præbē. & Deci. in. c. cum in cunctis. de
elec. & indignus taliter promotus meretur decapitari: vt
dicit glo. in. l. qui cum vno. ff. de re mili. quam sequitur
bonus Brixien. in trac. nobilitatis. in. ij. parte nu. 154. &
28 ideo diuus Grego. in. iiij. Dialogorum narrat † de Pasca
sio diacono Romanæ ecclesiæ, qui licet al's vir clarus fuis
set miraculis: vt quia ad eius feretri tactum demoniacus
quidam sanatus fuerit, nihilominus anima torquebatur
in termis, qui interrogatus a quodā sancto episcopo qua-
re torqueretur, respondit quia in contentione schismati
ca tenuerat partes Laurentij contra Symachum, qui di-
gnior erat ad pontificatum: & hoc dictum sancti Grego.
commēdat Monopolitanus in libro peregrinarum quę-

stionum.c.iij.j.decadis.q.ij.& Io.valensis in communillo quio.parte.iiij.distin.ij.c.iiij. accedant ad ista quæ dicit Augu.de ciuitate Dei.lib.xv.c.xx.dum dicit, ꝙ ante diluuium primogenitus nõ succedebat in regno, sed ille ex filijs eligebatur, qui erat magis virtuosus, & qui magis diligebatur a patre: & plura etiã dicit Archiepiscopus Florenti.in.iiij.parte summæ titu.ix.c.iij. Patet igitur ex istis
29 dictis sacrę scripturę, † ꝙ qui dimisso digniori minus dignum als bonum eligit peccat mortaliter ſm Alber.magnum: & hoc etiam ex Gentilium authoritatibus confirmatur. Nam vt scribit Q.Curtius de gestis Alexã.lib.x.
30 † Cum Alexander vltimum vitæ suæ terminum instare cerneret annulum suum Perdicę tradidit: interrogatus deinde cui relinqueret regnũ, respondit, ei qui esset optimis: & quasi idẽ de Socrate Platina refert in dialogo de vera nobilitate: & ita parẽtes instruit Plutarchus in lib.de
31 libe.educan. † vt filijs optimos præceptores relinquant: & alia plura ad idem propositũ congererem, nisi iam ista sufficerent ad probandum istam conclusionem, quam & Fely.in.c.cum adeo.&.c.si quando.de rescrip. post Bal. in.l.id quod.col.xix.C.de episco.& cleri.& Ancha.in clemen.j.in fi.de etate & qualita.sequuntur cum concord. non parum multis, quæ curiosus inueniet.

¶ Non ob.fundamẽtum Moder.hic: quia respondetur:
32 vt superius dictum fuit: videlicet, † ꝙ non omne quod licitum est in foro canonico contẽtioso licitum est in foro conscientiæ: vt per Anto.de bu.in.d.c.inquisitioni. & est text.in.c.tua nos.de spon.& sequuntur nouissimi in.d.c. cõstitutus.quia ecclesia duplici foro regitur, nec illico illud admittẽdum est, hoc est licitum in foro ecclesiæ, ergo conscientiæ: vt no.Præposi.in.c.tuæ.per illum tex.in.ij. col.de spon.quia forus ecclesiæ in specie, & forus conscientiæ differunt: vt ibi per eum, & hoc suadetur ex tribus vltra ipsos.Primo per tex.in.c.in literis.de restitu.spolia. vbi de iure canonico prædo debet restitui: & tamen dicit ibi Abb.in vlti.nota.ꝙ illud non sapit equitatem, sed est de rigore iuris ciuilis: vt in.l.j.§.si a me.&.l.si colonus.ff. de vi & vi arma.sic ergo non est inconueniens ꝙ ius canonicum in foro contentioso non sequatur equitatẽ fori conscientiæ: vt patet in omnibus canonibus iudiciali-

bus qui directe non tendunt ad salutem animę, sed ad bonum publicum. Secundo pro ista parte est tex. in. c. re quisiuit. extra de spon. vbi ius canonicum permittit pec
33 catum: vt ibi no. Abb. vt euitet maius malum. † Sed potest dici ꝙ ibi non permittitur peccatum, cum lex illo casu videatur dispensare quo casu illud quod illicitũ erat per dispensationem licitum redditur: vt dicit Io. and. in c. non magno. ne cle. vel mo. quem refert, & sequit Praepo. Medio. in. c. ꝙ ait. xiiij. dist. dictum tamen in se verum est in perplexis, ꝙ permittit minus malum propter maius euitãdum: vt in. c. duo sunt. xiij. dist. Sed illud ꝓcedit in malo, quia prohibitum, secus aũt in ꝓhibito, quia malum: nam in tali permissio non valeret: vt no. glo. in. c. ex parte. el. j. de offi. dele. & ita declaratur ẽt text. in. c. sacris. ꝙ met. cau. & tñ in. d. c. requisiuit. illud permittitur. Tertio pro praedicta opi. facit quod habetur per gl. cõiter ap
34 probatam in. c. abbate sane. §. de re iudi. vbi dicit, † ꝙ publiciana competit de iure canonico, & tñ nemini est dubium ꝙ in ea versatur mala fides tempore quo qs agit: vt concludit Ias. post alios, quos refert in. §. sed iste. nu. 85. insti. de actio. ad idem est tex. in. c. j. de praescrip. vbi permittitur praescriptio rerum ecclesię cũ mala fide. Ex quibus oĩbus apparet manifeste, ꝙ ius canonicum non semper principaliter attẽdit vtilitatem animae, ergo reg. tex. nostri debet limitari & restringi ꝙ ꝓcedat in foro canonico consciẽae, secus est in foro canonico contentioso: qa in illo foro aliqñ attẽditur principaliter bonũ publicum, & secundario vtilitas aĩę, & sic necessario non astringit nos reg. istius text. in illo foro: & ex hoc ego infero ꝙ rõ Abb. in. c. fi. de consue. non est bona, vbi per rõnem istius regulae dicit, ꝙ clerici non possunt statuta facere contra ius canonicum, licet layci possunt statuere contra ius ciuile. de quo latius dicam inferius in. §. statuto.

¶ Sed iuxta praedicta pro maiori declaratione est vlterius aduertendum: quia videtur quod tota ista materia subiecti vtriusque iuris, quam doctores vbilibet distinguunt vsque ad integros tractatus sit omnino superuacua si regulas iuris approbatas obseruare voluerimus, Nam illud in primis expeditum est apud iuris peritos, ꝙ quando lex ciuilis est iusta in foro fori, vtique

erit iusta in foro poli, idest conscientię: istam regu. ponit Bal. in c. quę in ecclesiarum. per gl. ibi de consti. & idem dicit Bal. in c. in omni negocio. de testi. vbi plus dicit, ꝙ si aliter diceremus omnis legum forma & eius subtilitates ducerēt nos ad inferos & scientia iuris ciuilis esset magis damnata q̄ maleficiorum: & hoc idē no. Bal. in. l. vnica. in. iij. col. C. de confes. & in auc. ingres. in. viij. colū. C. de sac. sanc. eccle. & ſm istam regu. arguit Areti. in consi. xlvij. reuocatur in dubium. in. j. col. & late Moder. repetentes in. c. j. colū. j. &. v. de pac. & in trac. de fi. vtriusq; iuris. col. xv. cum concor. vt per Iaso. in. l. si post diuisionē. in pe. col. C. de iuris & fac. igno. & in. l. nemo potest. in. ij. lec. in. xviij. col. versicu. similiter. de leg. j. vbi dicit se ſm istam regulam consuluisse: & ita etiā consuluit Bal. consi. cclxxxv. in. iij. volu. & ista est communis opi. vt attestatur Ias. in. d. l. nemo potest. Et hinc est, ꝙ leges ciuiles animā cuicunq; rei praetulerunt: vt in. l. sancimus. C. de episco. & cleri. nam vt dicit tex. in. §. si vero liberi. in fi. in auc. vt
36 cum de appel. cogno. & in. c. omnes. xlvij. distin. † si pro causis temporalibus cogitamus, quātomagis pro animarum salute prouidentia est nostrae sollicitudinis adhibenda: faciunt ea quae dico in. §. statuto. J. eo. Ecce igitur ꝙ leges ciuiles magis attendunt bonum animae q̄ rerum corporalium commoda: pro qua etiam voluerūt non minus hominem debere esse sollicitum & memorem q̄ pro caducis & rebus istis transeuntibus: vt in. l. fi. C. ad leg. iul. repet. tenet Iason in. l. j. in. xij. col. ff. de offi. eius. Rochus cur. in trac. iu. pa. in ver. competens. q. xxv. in. iij. colū. Si igitur ista regula est vera: ergo finis vtriusq; iuris non differt respectu anime. vt multipliciter probat Iason vbi. ſ. & Moder. in trac. primogeniturę. fol. xc. in. iij. colū. Nam ita sibi adinuicem iste duae scientiae coniunguntur, & suffragantur, ꝙ nota. dicit Bald. in. c. cum causa. in. ij. col. de
37 proba. † ꝙ sicut ex philosophia, & medicina fit perfectus medicus, ita sciens ius canonicū & ciuile efficitur perfectus legista, & nisi iurista sciat canones non gustabit hanc dulcedinem, nec potest praticam legum & iudiciorū perfecte cognoscere: & isti sunt ſm eundem Bal. in proe. decretalium, qui dulcedinem scientiae gustant: immo ipse idem de se ibi gloriatur traxisse sciētiam nostram ad na

turalem intellectum. Cuius verba commendant Moder. hispani in repe. c. per vestras. fol. j. in. iij. col. de donatio. inter virum & vxo. & hoc dictum Bal. videtur durissimũ imperitis detestantibus sacros canones: vt dicit Andre. sicu. in rubri. de testa. in. j. col. & ẽm hoc verificatur illud vulgare verbum Roma. no. dcliiij. incip. habens funem. videlicet, ꝙ canonista senza lege vale niente: ma legista senza capitoli vale pocho. Quod dictum ita vulgare sequitur Io. Rugerij in. c. j. in. j. no. de cau. posses. & propri. & Io. Igneus in dispu. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. col. iiij. & ideo Ioã. Fabri in. §. item precium. de emptio. & vendi. inuehit contra puros legistas, qui nihil sciunt de libris Poetarum, & Philosophorum, nec de moralibus, quod est deterius, cum moralitas, quæ in canonibus consistit sit summa summarum in regimine mundi: vt dicit Bald. in consi. cclxxvj. rex romanorum. col. ij. lib. iij. & ita etiã Fely. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. in. xxij. col. arguit & reprehẽdit puros canonistas, qui putant omnia posse decidi inter clericos solis canonibus, immo quod fortius est per solam Bibliam regi nõ posset ecclesia sancta Dei: vt dicit Hosti. in summa. de pœni. & remis. §. cui confitendum. col. ix. ver. iij. & contrarium esset præsumptuosum asserere ẽm Paulnum in trac. de visita. fo. lxxij. & contra plures legistas scandescit And. sicu. in. c. j. in. ij. col. nu. 5. de postu. præla. qui volunt repetere aliquas decretales cum ignorent earum rubricas, ex quibus etiam potest inferri ad illud dictum Bal. in. l. fi. in prin. C. commu. delega. & ad alia plura, quæ Barba. ponit in. d. rubri.

38 Vide igitur ex istis, † ꝙ ius ciuile & canonicum paribus passibus ambulant, Nam qui peccat lege permittẽte pœnam non meretur. c. qui peccat. xxiij. q. iiij. & l. grachus. C. de adulte. & sic vtrunq; ius concordat in fine. Et ꝙ ius ciuile dicatur scientia diuina vltra tex. in. §. iuris prudentia. insti. de iure natu. hoc tenet Bar. in trac. testimoniorũ. fol. v. in versi. siue. c. prudentia est. &c. & Moder. Bono. in trac. extensio. col. ix. & in supplemento pisanellæ. in ver. lex. versi. vij. & frater Baptista Salis in summa, quam appellat baptistinam. in eo. ver. fo. ij. vbi cõcludit, ꝙ respectu finis ius canonicum non distinguitur a ciuili, & econtra tenet Areti. in. c. qualiter. el. ij. in. ij. not. de accu. cum

concor.non parum multis,quę congerunt Moder. Aſtē. in trac.nuptia.fol.cxxxj.in.ij.colū. & ideo Pelagius papa ſcribēs Chiſſoletico regi ſe legibus ſubditum profitetur. c.ſatagendum.xxv.q.j.cum concor. vt ſcribit Lucas de penna in.l.fi.C.de inco.lib.x.col.fi.ſequitur Mod.hiſpanus in repe.c.per veſtras.de dona.inter virum & vxorē fo.lxxxix.in.ij.col.

39 ¶†Et ideo pro reſolutione iſtorum dictorum poteſt ita dici, ꝙ in lege humana poteſt conſiderari duplex iuſtitia vna ciuilis alia naturalis reſpectu primæ reperitur varietas in vtroq; iure, tam reſpectu cauſæ efficientis, q̄ finalis efficientis:quia ius canonicum eſt maioris dignitatis ratione condentis, qui eſt vicarius Ieſu Chriſti: & iſta ratione ius ciuile poſtponitur:vt in.c.ſolite.de maio.& obedi. & ratione finis etiam reperitur diſcrepantia:quia ius ciuile punit corporaliter, & ſequitur rigorem. Ius vero canonicum equitatem:vt patet in.c.inter hęc.xxxiij.q.ij.& in.c.q̄uis.de pœnis.lib.vj.& ſm iſtam iuſtitiam variatur ſubiectum vtriuſq; iuris.Nec ob. illa regula qui peccat, de qua in.l.grachus:quia illa intelligitur de peccato quo ad forum temporale, ſecus quo ad forum conſcientiæ: vt in.d.c.inter hæc.& tenet Abb.& Moder.in.c. ſi vero. el.j.in vltima glo.de ſenten.excom.ſed ſm naturalem iuſtitiam cōcordat vtrūq; ius: vt in.§.iuris p̄cepta.inſti.de iuſti.& iu.& ita fœdere diſtinctio.pn̄t p̄dicta concordari.

¶Poteris etiam aliam cōcordiam in genere colligere ex dictis Hiſpani noſtri in trac.de vltimo fine iuris canonici & ciuilis.Sed quia iſta ipſe non ſcribit nolui ſua hic inſerere, cum cuiq; videndi pateat locus, Non tamē omitto, ꝙ Ange.de claua.in ſumma ſua in ver.lex.verſi.iiij.enumerat.xj.caſus in quibus ius canonicum & ciuile diſcordant a prædicto fine in quibus etiam quis non obligatur in foro conſcientiæ:vt ibi late per eum. Et per iſta ſumus expediti de primo notabili.

40 ¶†Nota ſecundo ſm Domini.hic, ꝙ quandoq; ſtatuta continent promulgationem ſententiæ, vt hic: & in cle.j. quæ cum iſto tex.concor.de priuile.& tunc non eſt neceſſaria ſuper illa plena hominis ſententia diſpoſitiua, ſed ſufficit declaratiua:vt in.c.cum ſcd'm.j.de hære.ſecus vero quando diſponūt ſententiam proferendam: quia tūc

bene requiritur plena sententia hominis dispositiua: vt colligitur ex no. per Inn. in c. cum nris. de concess. pben. ¶ Sed circa hoc considerãdum est: quia non videt istud dictum Domini. verum in terminis istius tex. qui de pœna excommunicationis loquitur imposita ipso iure quę specialem in se cõtinet rationem: vt dicit Fely. in. c. cum contingat. in. ij. col. de foro compe. & in tali pœna vel similij, quæ secum executionem trahit non requiritur sententia declaratoria: prout putat hic Domini. quia dispositio. d. c. cum scdm. non procedit tali casu, prout declarat Abb. in. c. cum non ab homine. in penul. col. de iudi. & alij plures, quos ad istud propositum Deci. adducit in consi. cxlv. quæritur in effectu. in. iij. col. lib. j. & hoc idem ante ipsum firmat Præposi. in. c. ex ratione. in. iiij. col. de appel. cum multis concor. vt per Fely. in. c. præterea. in j. col. de spon. versi. vt quod dictum est. & hoc idẽ Domi. sequitur sibi contrarius in. c. felicis. j. de pœnis. quem Fely. refert in. d. c. præterea. Cum igitur sententia excommunicationis de qua text. hic loquitur trahat secum executionem, prout est text. in. c. pastoralis. de appel. & facit tex. in. c. cum non ab homine. in prin. de senten. excom. patet ꝙ non requiritur sententia declaratoria, prout dicit hic Domini. & alij: dictum tamen suum extra istum casum recte procedit, prout declarat Alex. & Moder. in. l. is cui bonis. de verbo. oblig. & prius Ang. in auc. de incest. nup. in prin. nu. 4. & Deci. in consil. lxxj. viso decreto. in j. col. in. ij. parte. & consi. j. in. iij. colũ. in. iij. parte nouiter impressa post Bar. in. l. imperator. vbi etiam Alexã. ff. de iure fisci. cum pluri. concor. quæ congerunt Mod. Bono. in rubr. ff. ad leg. cor. de fal. in. iiij. col. per totũ. ¶ Et ista omnia dubitationem non habent in sentẽtia quæ ipso iure a lege infligitur, secus quando pœna sentẽtiam hominis requirit: quia illa debet fieri dispositiue cũ plena causæ cognitione: vt hic permittitur: & tali casu vtilis cautela est,

41 † ꝙ si quis timet priuari beneficijs propter delictũ, & lex dicat sententiam proferendam, ꝙ anteq̃ sententia proferatur renũciat in fauorem alicuius amici sui a quo postea possit eadem beneficia iterum consequi: vt docet Abb. in. c. tanta. in. ij. no. de exces. præla. & in. c. licet hely. in glo. super verbo infamis. de simo. Bart. in. l. iusiuran-

dum.la.ij.§.fi.ff.de iure iur.cũ simi.Et ista de plano pro-
cedunt quando sententia est proferenda, secus aũt quan
do sententia per statutum profertur: quia tunc talis re-
nunciatio non valeret, cum iam sint affecta bona, siue be
neficium, super quibus non requiritur alia priuatio, sed
solum declaratio priuationis: vt dicit hic Domini. & de-
clarat nota. Felyn.in.c.in nostra. in.xxxvij.correlario.in
ij.col.de rescrip. ¶ Sed vlterius cogitanti videtur modo
ꝙ iste tex.inductus, prout Domini.hic, & Fely.inducunt
nullo pacto probat opinio.prędictam: quia vt dicit glo.
hic in ver.statuta. iste text.non loquitur de statuto iuris
communis, sed de particulari ordinatione episcopi: tũc
sic, aut illa sentẽtia excommunicationis episcopi. de qua
loquitur iste tex.fuit lata sub conditione contra talẽ quid
facientes, aut simpliciter primo casu ferri non potest ab
episcopo per tex.in.c.romana.§.caueant.j.de senten.ex-
com.vt tenet hic glo.in ver.commiserint.Secundo casu
sententia ferri potest, & ita præsumendum est ꝙ hic talis
sentẽtia fuerit simpliciter lata, si igitur ita est resultat mo
42 do vna regula communiter approbata, † ꝙ ꝑmulgatio
excommunicationis simpliciter facta non inducit cano-
nem latæ sententiæ, sed ferendæ.de hoc est glo.not. in.c.
sicut.el.ij.in ver.anathematis. de simo. & in.c.vnico. de
sagita.& in.c.cum esset.de testa.tenet Abb.in.c.relatum.
de iure patro.cum multis concor.quos scribit Mod.qui-
dam curiosus in Alphabe.iuris in verbo verbũ si lex &c.
circa fi.cum igitur in isto tex. fuerit tali modo in statuto
ꝑmulgata excommunicatio requirit ministerium homi-
nis dispositiuum, istud tamen non procedit in sñia lata
a iure cõmuni: & ita ꝑcedat regu.& limitatio supradicta.
¶ Secundo limitatur, nisi papa rescriberet, ꝙ de benefi-
cio Titij vacaturo per priuationem prouideretur Sem-
pronio: quia tunc isto casu, licet non sit lata sentẽtia, quæ
ad priuationem requirebatur, tamen renunciatio impe-
ditur, nisi in casu quo ille Titius mandatum papæ igno-
raret: ita singu.consuluit Anto.de bu.in cons.xliij.incip.
in Christi nomine &c.aggreditur: & aliæ sunt differentiæ,
quando sententia profertur ab statuto, vel quando decer-
nitur proferenda ab homine: vt prosequitur hic Perusi.
in.j.no.& vltra ipsum illa differẽtia est magis signanda,
quam

quam late tradit Felyn.post Abb.& alios in.c.pastoralis.
43 §.praeterea.de offi.ord.videlicet,† quia a sentētia excom municationis lata ab statuto,de qua hic dicitur,pōt quilibet alius q̄ proferens ab ea sententia absoluere.c.ex frequenti.vbi Abb.in vlti.not.de institu. secus vero in sententia lata ab homine: quia alius q̄ ipse idem proferens non potest absoluere glo.in clem.j.in verbo a canone.de priuile.quod etiam commendat idem Fely.in.c.prudentiam.§.si vero.de offi.dele.quod limita & amplia, vt per eundem in.d.§.praeterea.& alia differentia potest colligi ex his quae dicit Abb.in.c.irrefragabili.in.v.col.de offi.ordi.dum alleg.tex.hic.

44 ¶ †Nota tertio,ꝙ ignorātia excusat quem a poena legis municipalis,vt hic ratio est:quia statuta consistunt in facto,vt in.c.j.§.eod.& facta possunt ꝓbabiliter ignorari, vt ibi,& in.l.error.ff.de iuris & fac.ign.& ideo talis ignorantia excusat,vt hic:& ita tenet Alex.in consil.clxv.du-
45 bitatur.col.fi.in.vj.volu. ¶ †Sed aduerte, quia ista ratio mordeti potest ex eo: quia illa attenta sequeretur ꝙ etiā post lapsum duorum mēsium possit quis statutum ignorare:talis tamen ignorantia non praesumitur,sed sciētia ex quo factum est publice notum.c.ꝙ dicitis.xvj.distin. quae omnia ante duos menses publicationis non considerantur: vt hic.Et hoc de plano procedit in statuto, secus autem in poena legis cōmunis:vt.l.j.ff.de legi.& glo.hic in ver.statuta.& intellige hoc notabile ſm quod ibi declarat Domi.post Innocen.in.c.dudum.de conuer.coniuga.Et quod dictum est de lege communi procedit, nisi ignorātia sit absq; culpa.l.metrodorum.ff.de poenis.gl. in.l.j.ff.de recepta.cū similib.& tali casu ignorantia praesumitur,nisi ꝓbetur.l.verius.ff.de probati.Et hoc etiam in beneficialibus habet locum:vt Abb.concludit in.c.super literis.de resc.& ibi Deci.in.iij.col.& idem Deci.in.c. cum in cunctis.§.clerici.de electio.Sed an hoc procedat etiam eo casu quo quis incidit in crimen damnatum dicam.J.in glo.in ver.ignorantes.interim tamen vos faciatis regulam ex isto tex.ꝙ ignorantia excusat quem a poena legis,concor.bonus tex.in.l.apud labeonem.§.siquis
46 virgines.ff.de iniur.† vbi attentans virginē credens eam meretricem non tenetur poena iniuriarum:quia ignora

bat:& per hoc est dictum Abb.in.c.si vero.el.ij. de senté. excom.dum alleg.tex.hic dicens,ꝙ siquis credens percutere Martinum laycum percutit clericum, dicit ꝙ propter errorem qualitatis excusatur ab excommunicatione,facit tex.in.c.si iudex.eo.ti.lib.vj.Sed istud dictũ non videtur verum ex eo: quia in malefactis ignorantia non præsumitur.l.j.C.de sica.&.c.j.de præsump. & ideo scientia præsumitur,arg.tex.& quod ibi no.Bar.in.l.si ventri.ff.de priuile.credi. Tamen saluari potest Abb. ratione excommunicationis:prædicta vero procedunt ratione pœnæ corporalis quam talis non euitat:& ad hoc habes meliorem tex.qui posset ad hoc allegari in.l.generali.C.de tabula.lib.xj. ibi consensum volumus non ignorantiam obligare &c.facit.c.inter alia.de senten.excom.

47 †vbi ius puniens participantem cum excommunicato non habet locum in ignorante.¶ Et pro ornatu istius regulæ in practica adde aliquas notabiles decisiones vltra alios.Primo per istam regulam dicit singulariter Bar.in l.si.§.item quæsiuit.per illum tex.ff.de condi.indebi. ꝙ si mulier,rusticus,vel minor,renunciant in contractu conditioni indebiti,& conditioni sine causa,vel omni alio iuris auxilio talis renunciatio non præiudicat talibus quo

48 minus indebitum solutum possunt repetere: † ratio est, quia cum communiter istæ personæ sint ignorantes nõ ligantur ex illis clericis quas non intelligunt:ita ibi Bar. quem post lõgam disceptationem sequitur ibi post alios Iason & Ioan.de imo.in repe.c.cum contingat.in.cxxiij. col.de iure iuran.cum sexcentis alijs concord. congestis per Moder.Bononien.in singu.suis not.xviij.incip.quotidie fiunt &c.¶ Sed considera ꝙ istud dictum Bar.non videtur verum ex eo,ꝙ mulier,& rusticus,& similes personæ ab ignorantia iuris communis non excusantur,nisi in casibus expressis: vt concludit Iason in.l.si certis annis.in.iij.colũ.C.de pactis.& in.l.siquis id quod.ff.de iurisdi.omni.iudi.& in.l.venia.C.de in ius vocan.& casus iste de quo Bar.loquitur expresse nõ reperitur exceptus

49 a iure,†ergo standum erit regulæ,quæ habet ignorantiã iuris non excusare,maxime cum prædictæ personæ a peritioribus certificari debuerũt de illis clausulis iuris communis:vt in.c.innotuit.de elec. Nam sicut sciunt ire ad

fyluam pro lignis,& ad ecclesiam pro indulgētijs, ita de bent peritos consulere:vt inquit Bal.in.l.iuris.C.qui ad mit.& hoc maxime procedit quando agitur de rigore iu ris conseruando,vt in casu isto:quia tunc nullus excusa turvt Soci.concludit in regu.cccxxxiij.in vltima fallē. post Bal.& alios in.d.l.iuris.& in rustico sunt glo.expresse in.c.ignorantia.xxxviij.dist.& in.§.est ignorantia.j.q.iiij. sequit Barba.in.c.super literis.col.vij.de rescrip.¶ Ta men ab opi.Bar.quæ communis est non est recedēdum quem sequitur Alexā.in consil.xlij.super præmisso.in.v. col.lib.j.cum concor.vt per Decium in consi.clxxx. visa renunciatione.in.iij.col.in.j.parte:tamen vt tales perso næ obligentur habes cautelam,quam ibi ponit Bar.t.vbi post eum latissime dixi , & refero in voce , quibus adde Abb.in.c.fi.in.iij.col.de solu.dum alleg.tex.hic, & de il la cautela meminit Alex.consi.xiiij.num.19.in.vj.volu.& pro ista decisione optime facit quod dicit Bald. in.l.j.C. de erro.aduo.ꝙ si aduocatus alicuius loquitur coram iu dice latine,& clientulus est idiota,& ignarus literarum ꝙ talia dicta aduocati etiam prolata præsente & audiente clientulo illi non præiudicarent propter eius ignoranti am cum ille qui non intelligit non dicatur esse præsens. l.coram.ff.de verbo.signi.& facit pro hoc dictum eiusdē Bal.in.l.ij.eo.tit.& ista omnia bene ꝓcedunt in pœna de qua statutum loquitur,secus tamen est respectus solem nitatis contractus inducte ex statuto: quia tali casu etiam aduenæ,& peregrini illa seruare tenentur,& de illa debēt inquirere,licet statutum quo ad pœnam illos non ligeti vt dicit no.Fely.in.c.j.in.xij.col.de sponsa.

¶ Secundo per istam regulam dicit Bar.in.l.cum filius

50 fami.§.in hac.ff.de verbo.oblig.† ꝙ emphiteota non sol uens canonem per biēnium non cadit a iure suo si igno rauit talem rem esse emphiteotam:& ita tenet Dy.in re gula cum quis succedit.ſ.de reg.iuris.& Ang.areti.insti tu.quib.dare tuto.pos.in prin.cum similibus: vt per Phi lippum decium in.l. qui in alterius.ff. de regulis iuris. Nam vbi est ignorantia non est delictum neque contu macia:vt dicit Abbas per istum tex.in.c.pastoralis.in.x. col.de appella.

¶ Tertio pro ista regula facit notabile dictum Cardi.in

clemen.j.q.xxxviij.de priuile.vbi dicit, ꝙ dispositio illi- us clemen.puniens præsumentem &c.non ligat hominē simplicem conuenientem illi dispositioni sine dolo, vel præsumptione:quia cessat finis quem lex considerauit,& dicit se ita consuluisse,ꝙ dictum multum commendat,& dicit se alibi non legisse Fely.in.c.quoniam contra.in.v. col.in vlti.nota.de probatio.& hoc idem tenet Calde. in consi.iiij.in tit.de senten.excommu.

¶Quarto pro ista parte facit dictum Alexādri post Bal. & alios,quos refert in.l.fina.C.de dolo.vbi dicit,ꝙ si sta tutum imponit pœnam potestati non inquirenti de cri- mine in certum tempus,ꝙ intelligitur talis pœna esse im posita scienti,secus ignoranti, q̄uis circa hoc sint variæ opinio.vt patet per Roma.in repe.l.si vero.§.de viro.in l.&.lj.fallen.ff.solu.matrimo.sed prima opi.videtur veri or,pro qua facit quod dicit Abb.declarādo istum text.in c.cum sit.in fine extra de appellatio. dum vult ꝙ pœna imponitur ratione contemptus, sed ille qui ignorat non contemnit,ideo non punitur,vt hic,nec tali casu requi- ritur absolutio: vt notabiliter dicit Egidius decisio.dxlj. incip.ignorans.

¶Quinto pro ista parte facit optimus tex.in.c. ex teno-
51 re.qui filij sint legitimi.vbi est tex. † ꝙ siquis ignoranter acceperit vxorem alterius in coniugem,& inde nati sunt filij,tales filij propter illam ignorantiam dicentur legiti- mi,& succedent parentibus: & ita tenet Baldus licet illū textum non alleg.in.l.qui contra.in vltima columna,C. de incestis nuptijs.

¶Sexto facit dictum Abbatis in rubrica de schisma.in fine,vbi dicit, ꝙ licet ille qui gerit se pro papa, & sibi adherentes sint excōmunicati,fallit tamen,nisi esset pro babilis ignorantia:vt ibi latius per eum.

¶Septimo per textum hic facit dictum Baldi in lege fal sam.C.si ex fal.instrumen. vbi dicit, ꝙ licet minor læsus debeat infra quadrimestre petere restitutionem in inte- grum capitulo primo de restitutione in integrum.in- fra eodem libro.Tamen illud fallit, nisi ignoret se fuis- se læsum : quia tunc etiam si per centum annos stetisset semper potest eam petere :& istud dictum Baldi dicit singularissimum Iason in.§.tursus.colū. decima quinta

nu.lxxxij.insti.de actio.& latius commendat Ioan. Bal.in trac.præscrip.fol.lxij.in.ij.col.& Alex. in consi.lij.in.iiij. vol.cum simi quæ circa istam materiam adduci possent, quæ breuitatis gratia omittam, quæ poteris videre in.d. §.rursus.vbi late dico.

52 ¶ † Octauo per istum text.dicit Abb.in.c. sciscitatus.in iiij.col.de rescrip.ꝙ ratione ignorantiȩ tolleratur senten tia lata a non capace, quod est verum quādo illa ignoran tia erat probabilis, vt hic, secus si crassa vel supina.

53 ¶ † Nono per istam regulam consuluit notabi.Deci. in consi.j.in.iij.parte nouiter impressa, ꝙ interficiens ban- nitum liberatum a banno & habētem literas saluicondu- ctus excusatur propter ignorantiam, quæ in dubio præ- sumitur: vt ibi latius per eum.

¶ Limitantur tamen omnia prædicta per istum text.nisi ignorantia crassa fuerit aut supina: tunc enim talis igno rantia habet vim scientiæ,c.j.de postu.præla.cum simili. vt per Roma.consi.cccxl.circa primum.in fi.& Alexā.in consi.lxv.quoniam omne datum. col.penul. in.vj.volu.

54 quod errore est repetitum in consi.cxix.eo.vol. † & dici- tur ignorantia crassa a quadam similitudine pinguedi- nis ſm Bal.in.c.ab excommunicato.de rescrip. Nam ho- mines pingues parum vident ſm eum: & pro ipso facit bene tex in.c.ne tales.de consec.dist.v.& dicit supina ad similitudinem; quia homo supinus non videt seipsum: ita Bal.ibi, & sequitur And.sicu.in.xiiij.col.nu.71. Et per hoc dicit Abb.in.c.olim.in.x.col.de resti.spolia. ꝙ siquis pro recuperatione rerum suarum expellendo aliquē cle ricum occidat vel mutilet, ex quo illud non est licitum in currit irregularitatem.c.suscepimus.extra de homici. & forte ſm ipsum excōmunicationem cum modum exces- serit in alium acriter seuiēdo. Tamen si talis percutiens modum excessit ignoranter, tunc non est excommunica tus cum excommunicatio requirat dolum.c. siquis sua- dente.xvij.q.iiij.qui cessat data ignorantia, quod est ve- rum, dicit Abb.nisi ignorātia fuerit crassa vel supina, vt ibi per eum: & facit etiam dictum Abb.in.c.fi. circa fi.de iurepa.dum vult, ꝙ tempus ad conferendum non currit episcopo ignoranti, nisi fuerit supina ignorātia per text. hic, & generaliter isto casu dicatur crassa vel supina igno

rantia, colligitur ex verbis Abb. sicut in.iiij.col. ne cleri.
55 vel mona. dum alleg. tex. hic, & dixi.§. Notandum tamē est, ꝙ statutum disponens, ꝙ ignorantia non possit allegari intelligitur de crassa vel supina non de iusta: vt dicit Saly. in.l. senatus. C. de his qui si. ascri. alleg. tex. in.d.l. diuus. sed prima opi. est verior, quæ tradunt docto. in.c. ex parte. per illum text. de offi. delega. & quod dictum est de ignorantia crassa, idem est in affectata, quæ ęquiparatur scientiæ: vt hic dicit Perusi. & latius tradit Fely. in.c. a nobis. in.j. colū. de excep. per glo. quæ communiter ad hoc alleg. in cle.j. in ver. scienter. de consangui. & affini. & in c. quosdam. in.ij. col. de pręsump. cum simi. & illa arguit ex actu quem quis scire tenetur: vt in.l. ꝙ te. ff. si cer. per. & l.j. ff. si quis omis. cau. testa. & ibi hoc tenet Bal. & ex pluribus alijs modis ignorātia crassa colligitur, quos ponit Soci. in tracta. regula. nu. 220. & aliquid Alexan. in consi. xl. viso themate. in.ij. colū. in.vj volu. Corneus in consil. xxv. in litera. T. in.ij. parte.

56 ¶ † No. quarto, ꝙ episcopus potest facere statuta: hoc tamen dupliciter intelligi potest, vel de pertinentibus ad iurisdictionem suam, & tūc vna cum capitulo potest hoc facere, Si vero faciat statuta in alijs in quibus vertitur interesse aliorum, tunc episcopus non pōt ea condere sine consensu, vel saltem præsentia illorum de quorum interesse agitur: vt dicit Inno. in.c. vestra. de loca. & in.c. fi. de offi. leg. tenet Fede. consi. xvij. & hoc procedit quando legitime contradicere possunt, secus si non haberet causam legitimam contradicendi: vt declarat hæc omnia Abb. in.c. fi. in.iij. col. de ferijs.

¶ Glo. sententijs diuiditur in tres partes in prima declarat istum tex. in secunda eum extendit & ampliat, in tertia respondet tacitę obiectioni, secunda ibi, sed idem in
57 alijs, tertia ibi & potest dici. ¶ † Pro expeditione igit' istius gl. colligo tres conclusiones vltra alios. Prima conclusio sit, ꝙ licet in materia correctoria & pœnali stricte sit procedendum, nec debeat fieri extēsio de casu ad casum glo. in clemen. vt hi qui.ᵗ. de ęta. & quali. cum simi. tamē fallit fauore animæ, ita est gl. hic iuncto tex. quam nullus scribentium ponderat, quæ facit pro doctrina Barto. in auc. C. si aduer. ven. & Abb. in.c. quæsiuit. de diuor. cum

simi. vt per Fely. in. c. translato. col. fi. de consti. & ad hoc facit text. in. c. penul. de senten. excommu. & probat glo. hic in versi. sed idem in alijs sententijs. ¶ Et ex hac eadē parte glo. secundo infero, ꝙ quando dispositio vel constitutio aliqua redditur elusoria fit extēsio etiam in pœnalibus concor. bona glo. in. c. q̄q̄. J. de vsu. in gl. fi. Tamen audias, quia hoc non est indistincte verum: quia illa regula procedit vbi per hoc aliquis indebite damnum nō pateretur al's potius permittitur ꝙ dispositio sit frustratoria q̄ quod alicui damnum inferatur: vt est text. & glo. quem ibi no. omnes in. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. Sed in casu isto de vtilitate ignorantis agitur, propterea ista ratio glo. bene procedit, & probatur clare in ista glo. quia si diceremus, ꝙ ideo statuta non ligant ignorantes vt periculis animarum obuietur, sequeretur ꝙ. l. fi. ff. de decre. ab ordi. faci. hic allega. in glo. non procede
58 ter, vel ista constitutio esset superflua, † cum ibi etiam in pœna temporali non ligentur ignorātes vbi periculum animæ non vertit, sed pecuniarum: & ideo dicit hic glo. ne reddatur frustratoria altera istarum disponunt, est dicendum ꝙ ibi etiam consideretur periculum animæ respectu inobedientiæ: & sic licet puniatur pœna pecuniaria contrafaciens legi, tamē alio respectu peccat contrauenlendo præceptis legis. c. ij. de maio. & obe. ¶ Ex quo colligitur tertiam regulam, ꝙ attēto ꝙ in tex. isto non potest reddi, nisi vnica ratio, videlicet, vt periculis animarum obuietur &c. ꝙ isto casu ista dispositio licet pœnalis possit extendi ad omnem similem casum per doctrinam Abb. in. c. fi. in. ij. col. de rescrip. cū concor. vt per Deci. in. c. suggestum. de appella. & Fely. in. d. c. translato. in fi. & Ias. in. §. omnem. instit. de actio. dum allegat. l. q̄uis. C. de fideicom.

59 ¶ † Secunda principalis conclusio colligitur ex ista glo. ſm Domini. & alios, ꝙ veniens contra statutum municipale præceptiuum peccat mortaliter, etiam si in tali statuto apponatur pœna corporalis: ita concludūt hic Docto. & idem tenet Domini. per illum tex. in. c. commissa. §. fi. J. de elec. & in. c. perpetue. eod. tit. & sequitur Deci. in c. nam concupiscentiam. in ij. lec. col. penul. de consti. & hoc in ratione fundatur: quia lex temporalis quæ est iu-

quuntur prædicti Moder. Papien. & Pet. de ancha. in. c. peccati venia. col. iiij. de reg. iur. & reassumit latius Deci. in. l. vt vim. in. ij. col. ff. de iusti. & iur. ¶ Tamen tenendo opinio. Domini. hic, & sequacium ad istud cõtrarium respondere potest ꝙ procedat quando illud pro quo pœna imponitur non sonat in maleficium, nec est de se malum principaliter, sed est malum propter prohibitionem: vt in casu illius text. fm quod exemplificat gl. in. c. ex parte, el. j. de offi. delega. Secus tamen esset generaliter in alijs criminalibus prohibitis, quia malis, pro quo est doct. no. Bal. in. l. decurionis. C. ex quib. cau. infa. irro. & declarat magistraliter Felyn. in. c. quæ in ecclesiarum. in. iiij. & v. col. extra de consti. cum quo concordat Roselus in. l. nemo martyres. C. de sac. sanc. eccle. faciunt ea quæ dicit Deci. in. c. ij. in. viij. col. nu. 14. de iudi. & in. l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur. & Fely. in. c. ij. in. j. col. de testi. & Iason in rub. ff. de offi. eius. & in l. patre furioso. in. iij. col. ff. de his qui sunt sui. & isto modo distinguendo in hac materia declarantur dicta Bart. in alia materia in l. inter. §. sacram. de verbo. obli. & Firmia. in ver. occidẽs bannitum. versi. xxj. & quæ tradit Alex. in consi. cxxxij. in ij. colũ. versi. circa scd'm. lib. iiij. Ex quibus etiam resultat vna notabilis limitatio ad glo. istam editã per Domini. hic. Alia limitatio colligitur ex dictis Iaso. in. d. l. ij. de iure emphy. dum vult ꝙ regula prædicta Io. an. in. d. c. relatum. pcedit, quando pœna & constitutio sit facta ab vno & eodem, secus si cõstitutio ab vno, & pœna imponatur ab alio: quia tali casu procederet ista glo. quod est notandum. Et istud dictum Iaso. tacito auctore immutatis verbis transcribit, & sibi appropriat Deci. in. c. nam concupiscentiam. in. ij. lectu. col. penul. de consti. Sed mihi nulla videtur ratio d ifferentiæ: quia si contraueniens legi peccat mortaliter: vt. c. ij. de maio. & obedi. pœna postea apposita ab eodem, vel alio condẽte non tollit pœnam illam intrinsecam peccati, Nam illa pœna tẽporalis apposita fuit accumulatiue, vt magis constitutio ipsa obseruetur: vt dicit text. in. c. si aduersus. de hæreti. & in. c. q̃q̃. xxiij. dist. Nisi dicamus ꝙ quando idem auctor constitutionis non apposuit pœnam, alius apposuit, quia putauit illam pœnam peccati non sufficere: & sic accumulati

ue non priuatiue, super quo tamē cogitabis: & sic habes in quo casu quis vltra pœnam statuti dicatur peccare. ¶ Sed vlterius circa hoc notādum est, ꝙ tale peccatum contrauentionis constitutionis non præstabit impedimentum ad alia negocia exercenda. arg. glo. in. c. cum dilectus. de consue. ne contingat quis duplici pœna puniri ex eodem actu, contra tex. in. c. at si clerici. §. de adulterijs. in fi. extra de iudi. facit. l. senatus. ff. de accusa. Sed tamen in foro conscientiæ hoc non procederet per tex. in c. j. de adulte. & ibi dixi.

¶ Ista tamen quæ dicta sunt de peccato putarem vera quando pro illo delicto pœna imposita non fuisset condigna, secus vero esset dicendum quando illa pœna est commensurata delicto: quia tunc credo ꝙ soluta pœna sit sublatum peccatum. arg. eorum quę no. in regula pec
61 catum. ī. de reg. iur. † & quia si malefactor peccat pœna condigna quæ sibi imponitur per legem releuat eum a pœna purgatorij: per ea quæ dicit glo. in. c. ímportuna. in ver. martyrium. de pœni. distinct. j. quod non esset si adhuc remaneret peccatum mortale: & ideo pœnitentia pœna peccati dicitur in. c. pœnitentia. de pœni. dist. iij. & pro ista opi. facit glo. in. c. mensuram. de pœni. dist. j.

¶ Et ista de plano ꝓcedunt quando scienter aliquis contra legem facit, si vero ignoranter fecisset isto casu glo. hic non bene loqueretur, & certe inficiari non potest, ꝙ per hoc tex. hic reddatur valde dubius: quia pręsupponitur in eo, ꝙ ideo hic statutum fuit ne ignorātes pœna statuti afficiantur ne per hoc periculum incurrerent animarum: si enim sunt ignorantes qualiter periculum animę incurrere possunt, cum ignorās non delinquat nec contemnat. l. si quis ignorans. ff. loca. c. inter alia. & c. si vero.
62 de sentē. excom. † & peccatum non dicitur, nisi vbi adest voluntas. c. j. §. j. xv. q. j. quę in ignorante cessat: vt in. l. ij. ff. de iudi. & ideo dicas ꝙ iste tex. debet intelligi de ignorante post duos menses a tempore publicationis: quia talis præsumitur sciens, per ea quæ superius dicta fuerunt, vel in ignorātia crassa vel supina ¶ Vel dicas ꝙ iste tex. debet intelligi quando statutum inferiorum ordinariorum erat editum super eo quod prius erat a iure communi statutū erat, tamen in eo statuto addita pœna puta

excommunicationis, q inferiores facere possunt per gl. in clementi.ne romani.in ver.tolli.de elec.vnde fuit hic probabile dubium quia ex quo phibitio erat facta a iure communi, nunquid faciens contra ius commune incurrat pœnam positam in statuto facto super eodem casu, quod quidem statutum delinquens poterat ignorare, & determinatur hic q non, ne ignorans illaqueetur ad periculum animæ, & istum puto esse verum sensum istius literæ, de quo tamen latius dicam.j.in glo.ignorantes.

63 ¶ † Glo.ordinariorum. No.ex ista glo.q appellatione ordinariorum non solum venit maior ordinarius: vt in.c. j.de offi.ordi.&.c.cum episcopus.de offic.ordi.j.eod.sed etiam quilibet inferior: vt est text.& glo. in.c.ordinarij.j. de offi.ordi.& istud procedit fm Domini.ibi quãdo materia super qua ponitur hoc verbum est proportionabilis inferioribus, secus autem si non omnibus equaliter competeret, & ita fm hoc dispositio istius text. debet restringi ad illos tantum inferiores, qui territorium habẽt & iurisdictionem: vt dicit Archi.hic, & sequitur Abb.in c.cum contingat.in.x.col.de foro compete.& hoc latius declarat Soci.in consi.cclxxxv.reuerẽdissimus.in.ij.col. lib.ij.vbi varie interpretantur verba istius text. quibus cessantibus frustra statuta erunt condita cum non reperiant subiectum quod ligent.argu.eorum quæ not.in.c. j.in glo.omnibus.ẽ.co.tit.in antiquis.&.l.fi.ff.de iurisdi. omni.iudi. ¶ Et hoc de plano procedit in statutis pœnalibus, de quibus iste text.loquitur, Nam talia requirunt territorium: vt idem Abb.dicit in.d.c.cum contingat.in xv.col.secus vero in statutis non pœnalibus factis ad ordinationem alicuius ordinis collegij vel cõgregationis: & ita procedit doctrina Bar.in.l.omnes populi.fol.ij.de iusti.& iur.& quæ dicit Alex.in consi.xxxv.colũ.fi.lib.iiij. & Areti.in.c.post cessionem.de proba. & puto ita etiam posse procedere quod dicit Abb.in.c.consensus. de cle. non resi.dum dicit, q concilium generale potest constitutionem facere cum habeat iurisdictionem: per istũ tex. tamen ex quo non habet territoriũ deberet eo modo intelligi, vt dixi, nisi dicas q ratione papæ qui est in concilio vt caput: vt in.c.innotuit.de elec.sortiatur illud priuilegium statuendi etiam cum pœna, argu.eorũ quæ Mod.

tradunt: vt in.c.j.de iudi.ponderãdo suprascriptionem illius tex. ¶ Secũdo iste text.debet intelligi de ordinarijs constitutis a iure,& sic perpetuis, secus vero de illis qui accidentaliter creantur a capitulo vel papa super aliquo negocio: vt no.declarat Pau.de ca. in consi.iij.incip.qui additione non indiget.col.fi.in.j.vol.& sequuntur Mod. in.c.post cessionem.de proba.& istud not. sentit Abb.in c.irrefragabili.in.v.col.de offi.ord.dum alleg.istum tex.
64 ¶ † Sed aduertendum est: quia istud dictum Pau. de ca. non videt verum: nam idem iuris est de ordinarijs perpetuis quod de tẽporalibus qui ad nutum reuocari possunt dummodo possint esse perpetui: vt est glo.communiter approbata in cle.ij.de rescrip.& ibi late dixi, argu. tex.in.l.iurisperitos.ff.de ex.tut.nã paria sunt ꝙ aliquid sit perpetuum, vel possit esse perpetuum.l.sufficit, & ibi glo.ff.de condi.inde.cum concor. quæ alleg. Iason in.l. principalibus.ff.si cer.pet. Et de hoc videtur esse casus
65 in.c.j.de locato.† vbi legatus potest facere statuta, quæ durant etiam legatione finita: vt dicit text. in.c.nemini. de offi.lega.& tamen nulli est dubium, ꝙ tales legati possunt ad nutum papæ reuocari. ¶ Et ista omnia de plano procedunt in statuto condendo: quia tali casu paria sunt aliquid esse perpetuum vel temporale dummodo possit esse perpetuum: quia de commodo & fauore ius dicentis agitur & vtilitate reipublicæ, secus tamẽ in pœna de qua statutum loqueretur, vel in odiosis: quia tũc procederet dictum Pau.de cast.per ea quæ dicit Abb.in.c.de multa. in.v.col.de præben.& in.c.cum non ignores.eod.ti. vbi concludit ꝙ dispositio illius tex.quę est pœnalis,& loquitur de dignitatibus habebit locum in perpetuis, non autem in illis quæ possunt esse perpetuæ, vt ibi per eũ, iunctis his quæ ipse dicit in.c.licet.in prin.de foro compe.& in.c.j.de cogna.leg.& in.c.cum olim.de rerum permu. Et pro ista declaratione facit in simili dictum Bart.in.l. item si in potestate.in fi.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. & isto modo declarantur etiam ea quæ Deci.dicit in.d.c. post cessionem.in.j.no. ¶ Et circa hoc est vlterius notandum, ꝙ licet appellatione ordinariorum cæteri cum episcopo comprehendantur, vt.s.dictum est: tamen ex alia qualitate episcopus ab alijs inferioribus distinguitur.

Quia licet inferiores etiam ordinarij dicantur, solus tamen episcopus ordinarius dioecesanus dicitur: vt dicit Cardi.in clemen.j.in.xviij.q.de supplen.negli.præla.& tradunt doc.in.c.cum olim.de præscrip.& in.c.cum episcopus.&.c.ordinarij.per illum tex.de offi.ordi. lib.vj.& in clemen.j.post glo.de vita & hone.cleri.& an habentes curam animarum comprehendantur sub ista vel simili prerogatiua, vide Abb.in.c.decernimus.in.vj.col. de iud.

1 Episcopi possunt in suis dioc.statuta condere, dum tamẽ non sunt contra ius canonicum.

2 Episcopus dicitur concurrere cum capitulo, tanq̃ generalis ordinarius etiam in casu in quo prælati inferiores haberent iurisdictionem.

Ratio quare ecclesiastici non possunt statuere contra legem papę,& layci pñt contra legẽ imperatoris.ibidẽ.

3 Layci ratione animæ subijciuntur canonibus & præceptis papæ.

Lex ciuilis dirigit hominem in deum sicut ius canonicum.ibidem.

4 Imperator recepit potestatem a populo, qui retinuit sibi hanc potestatem, sed papa recepit a deo.

5 Omnis potestas temporalis a deo est.

6 Vnus debet esse princeps.

7 Par in parem, nec minor contra minorẽ imperiũ habet.

8 Quando aliquid est aperte dispositum de iure canonico & non reperitur illud clare de iure ciuili, standum est dispositioni iuris canonici.

Intellectus.l.omnes populi.de iusti.& iure.ibidem.

9 Sententia excommunicationis appellatur sententia, tamen non proprie declarando, vt ibi.

10 Sententia capitalis vel priuationis bonorũ sentẽtia proprie dicitur.

11 Excommunicato non fit ad finẽ vt aliquis principaliter puniatur, sed vt emendetur.

12 Quod dicitur de toto respectu totius idem dicẽdum est parte respectu partis.

13 Actio ita datur in factum per interlocutoriam sicut per diffinitiuam.

4 Verba simpliciter prolata generaliter debent intelligi.

15 Sententia interlocutoria dicitur absolute sententia.
16 Episcopus per suum statutum potest imponere pœnam ipso iure de delicto pro quo ius aliã pœnã imponit.
17 Episcopus potest facere statutũ ad reformationẽ morũ.
18 Factum a iure damnatum potest episcopus ꝓhibere sub certa & noua pœna.
19 Lex positiua si est consona iuri diuino, si tamẽ ei aliquid additur additio facit eam differre a iure diuino.
20 Species reassumens genus est potentior ipso genere.
21 Nemo debet duplici pœna puniri.
22 Electio facta vno ex canonicis cõtempto, an sit cassanda vel sit nulla.
23 Cui prohibitum est mutare ius a fortiori illi prohibetur posse addere.
24 Verbum non potest est naturæ talis vt inducat formam.
25 Episcopus non potest facere contra legem superioris, & non potest per suum statutum cõtrariam pœnam ponere. numero. 28.
26 Episcopus non potest pœnas ipso iure quæ afflictionem corporis, aut infamiam inducunt imponere.
27 Forma duplex est quædam hominis alia iuris.
Intellectus ad istum tex. ibidem.
28 Vbi forma a iure non esset data simpliciter, sed cum decreto annullatiuo tali casu potest procedere regula.
29 Episcopus põt contra ius ciuile statuere, ꝙ exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuo opponatur.
30 De iure canonico exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuo opponi potest.
Constitutionis ius fortius est ꝙ̃ dispensationis. ibidem.
31 Layci subijciuntur statuto episcopi tendentis in vtilitatem animæ & inducenti euitationem peccati.
32 Absolute dici non potest, ꝙ papa vel episcopus statuere possint contra laycos.
Iudices temporales de peccato subditorum cognoscere possunt.
33 Episcopus in foro contentioso non potest per suum statutum ligare delinquẽtes laycos ad peccatum, nisi ob negligentiam iudicis sæcularis relinquentis peccata impunita.
34 Modi aliqui ad statutum confirmandum.

35 Episcopus receptans furem incidit in excōicationē latā.
36 Papa proprio iuramento ligatur, neq; se ab illo sine causa absoluere potest, Sed vbi per viam statuti iurat creditur non tenere. nu. 39.
Paulus. ij. & Gregorius. iiij. iurarunt in conclaui ante assumptionem non creare cardinales, quod postea nō seruarunt. ibidem.
37 Iuramentum actum als de sua natura reuocabilem facit irreuocabilem.
38 Papa iurans in statutis non ligatur iuramento.
39 Statutum non extendit vires suas extra territorium, declarando late, vt hic.
40 Subditus episcopi non ligatur pœna statuti prohibentis sub pœna excommunicationis ne quis tali tempore vadat de nocte si est extra territorium.
41 Statutum dicitur esse iniustum quando excedit fines iurisdictionis.
42 Si statutum dat præmium occidenti bannitum comprehendit etiam occidentem bannitum extra territoriū.
43 Quando delictum originē habet a loco statuentis ex causa iam damnata tali casu statutum porrigit effectū suum extra territorium.
44 Patronus ecclesiæ non poterit etiam tempore fundationis disponere de iuribus ipsius ecclesiæ in præiudiciū ipsius episcopi.
45 In traditione rei suæ quis pōt apponere pacta quę vult.
46 Mandata, & rescripta principis etiam generalia recipiūt interpretationem ſm potestatem mandantis.
47 Mandatum generale generaliter debet intelligi.
48 Quando agitur de iurisdictione non valet argumentum hoc potest fieri in specie ergo in genere.
49 Licet quis possit absoluere non tamen potest excōicare.
50 Absolutio est iurisdictionis voluntariæ, & fit quandoque extra territorium.
51 Delegato iuristæ procedenti non resistitur.
52 Extra territorium iudici potest resisti.
53 Episcopus non solum a pari, sed etiam ab inferiori prælato potest iudicari & puniri quando deliquit in illius territorio.
54 Ad cognoscendum an appellatione iudicis comprehen

datur secularis, vel ecclesiasticus consideratur subie/cta materia.

55 Qui statuere non potest: potest tamen statuẽdo pœnam addere.

56 Licet quis extra territorium statuere non possit, poterit tamen declarare.

57 Si extra territorium quis non habet iurisdictionem non potest eam pacto priuatorum consequi.

58 Sacerdos parrochialis existens extra territorium suę par rochiæ poterit parrochianum suum vbicunque con/fiteri & absoluere.

59 Imperator nõ poterit aliquem legitimare in terris subie ctis papæ.

60 Duplex est iurisdictio.

61 Dispensatio quomodo potest fieri extra territorium.

62 Statuta episcopi, an sint perpetua vel sint potius tempo ralia. numero. 66.

63 Statutum episcopi dentur ius prætorium, & an in eo re/quiratur consensus.

64 Ad perdendum priuilegium clericale iura requirunt tri nam monitionem.

Episcopus putatiuus an possit statuta facere. ibidem.

65 Legatus de latere, an possit facere statuta perpetua.

Legati appellatione de maiori intelligitur. ibidem.

66 Perpetuum esse aliud est, & aliud tanq̃ perpetuum.

67 Differentia est inter sententiam & statutum.

68 Multa prohibentur fieri quæ post facta tenẽtur. ibidem.

69 Iudex debet proferre sñiam sedendo, declarando vt ibi.

70 Verba nullius momenti possunt annullationem ipso iu re importare.

71 Ius ciuile potest impedire obligationem naturalem ne nascatur.

72 Filiæ ingratæ potest pater negare dotem.

73 Statutum nunq̃ obseruantia confirmatũ potest tolli per decem annos.

74 Actio facilius impedit̃ q̃ exercitium actionis iam natæ.

75 Verba statuti quomodo intelligi possunt vt formã dent futuris negocijs & præteritis in dubio potius debent intelligi de futuris.

76 Verba præteriti subiũctiui pñt ẽẽ ad futurũ detorqueri.

77 Verbum

77 Verbū habens duo significata debet in vtroq; verificari.
78 Intentio principis potest dupliciter constare.
79 Verborum coniectura capitur ex eius significatu.
80 Intellectus istius tex.
81 Intellectus.c.fi.§.de constitu.
82 Episcopus maior ordinarius dicitur alijs inferioribus.
83 Iurisdictio est indiuidua.
84 Episcopus & legatus potest causas vnius ciuitatis in alterius dioc.tractare.
85 Statutum episcopi non ligat aliquem extra territorium: sed ligabit delinquentem in dioc.in loco exempto.
86 Locus exemptus dicitur extra iurisdictionem episcopi.
87 Territorium quid sit.
88 Ciuitas aliquando potest habere territorium, licet non habeat iurisdictionem.

1 Statuto. ¶ † Nota primo φ episcopi possunt in suis diocesibus statuta condere, dum tamen nō sint contra ius canonicum: vt late tradit Fely.in.c.super his.de maio.& obe.& dico.l.in.ij.not.& tenet Bart.in.l.j. ff.φ quisq; iur.& in.l.omnes populi.in.ix.q.j.q.princip. ff.de iusti.& iur. ¶ Istud tamen procedit dummodo adsit consensus capituli,& talia statuta rationabilia sint & non ambitiosa: vt concludit Inno.in.c.vestra.de loca.& Bal. in.l.nulli.C.de senten.& illud dictum Inno.sequit Fely. in.c.cum omnes.in.vj.col.de consti.declarando & limitando notabiliter: vt per Firmia.in tracta.de episcopo. in.ij.parte.iiij.libri in.xv.q. fol.xvj. & Areti. in.§.ius autem ciuile.in.iij.colum.institu.de iure naturali.cuius dicta non refero: qa mei moris non est alienis plumis mihi alas componere,sed proprijs inuentionibus vti:& tali ca
2 su quando consensus,vt dicitur,capituli requiritur † episcopus dicit concurrere tanq̄ generalis ordinarius, etiā in casu in quo prælati inferiores haberent iurisdictionē: vt dicit Abb.declarando dicta Archidi. hic in.c.cum ab ecclesiarum.in fine de offi.ordina.& ita declarari debent dicta Abb.in.c.siquis.in.ij.nota.de maiorita.& obedien. ¶ Sed aduertendum est, quia illud dictum Innocen. licet ab omnibus approbetur, mihi tamen non satisfacit: quia tex.iste simpliciter loquitur de statuto episcopi & de consensu capituli nullam faciat mētionem: ergo videtur

N

ꝙ solus episcopus hoc facere possit:& idem est in.c.siqs. de maiorita.& obedien.& si papa hoc voluisset vtiqꝫ expressisset:vt in.c.ad audientiam. de deci. & quia episcopus in diocesi sua censetur papa.c.j.versicu.de perferendis.de sac.vnctio.& in clemen.j. de pœnis. ¶ Sed modo pulchrum est videre, quæ est ratio quare episcopus nec subditi canonici non possunt statuere contra legem superioris, populus autem secularis potest contra imperatorem. Domi.hic,& Moder.§.eod.in.c.j.in.iij. col. se remittunt, & non bene, cum hic merito hoc discutiendum esset:& ideo super ista.q.repetio varias rationes vna fuit Abb.in.c.fina.de consuetu.ꝙ ideo hoc est: quia ius canonicum tendit principaliter ad salutem animarum:vt.§. in principio istius capituli fuit dictum, & clerici huic fini renunciare non possunt, quæ ratio cessat in laycis statuentibus contra ius ciuile:& istam rationem sequitur Iason in repetitio.l.omnes populi.in.ij.col.de iusti.& iure. ¶ Sed ista ratio nihil valet & reprobatur, per ea quæ dixi.§.in princi.istius text.quia non est verum, ꝙ indistincte ius canonicum tendat ad vtilitatem animæ:vt ibi latius probauit:& saltem esset dicendum ꝙ clerici contra canones non concernen.principaliter vtilitatem animarum sed corporalem & ppriam ipsorum possent statuere vt circa ordinem iudiciarium & modos appellandi & excipiendi introductos a iure canonico, qui non concernunt vtilitatem animę, sed mere ciuilem, & tamen hoc illis non conceditur. Præterea attēta illa ratione dicemus papam etiam non posse statuere contra ius canonicum: quia esset statuere contra vtilitatē animarum, quam vsqꝫ ad sanguinem defendere tenetur papa:vt in.c.sunt qui

3 dam.xxv.q.j. quod tamen est falsum. † Præterea ex alio ista ratio non est bona:quia habemus quod layci ratione animæ subijciuntur canonibus & præceptis papæ:vt in c.nouit.de iudi.tradunt omnes in.c.j.& in.c. nam concupiscentiam.de consti.& non solum papæ, sed etiam episcopis:vt hic est tex.quem no.ad hoc Domi.& in.c.ij.de maio.& obe. & tamen habemus ꝙ layci possunt statuere contra ius canonicum:vt est tex.quem ibi not.Abb.& omnes in.c.venientes.de iur.iur. si igitur ratio sua fuisset vera ꝙ ius canonicum considerat vtilitatem animarum

illa statuta a canonibus reijcerentur etiam in laycis cuius contrarium videmus. Item atteta supradicta ratione, neq; etiam clerici possent consuetudinem inducere contra canones cum repugnaret fini æterno, & sic vtilitati animarũ ad quem canones diriguntur: vt in.c. quáto. & in.c. ex parte. de consue. cuius cõtrarium probatur in.c.fi.eo.ti. Neq; eadem ratione attẽta contra ius ciuile layci possent statuere ex eo: quia leges ciuiles etiam principaliter vtilitatem animarum concernunt: vt supra dictum est in principio istius capituli. Nã ius ciuile dicit, ꝙ oportet prius animas deinde linguas fieri eruditas: vt dicit text. in. § pe. in proæ. digestorum, & tex. quem ibi ad hoc ponderat Ange. in. §. cumq; hoc in proæ. insti. ex quo proæmio intentio finalis constituentis colligitur: vt in l. fi. ff de hæredi. insti. & facit tex. in. l. sancimus. C. de epis. & cleri. & tamen videmus ꝙ layci statuta contra leges facere possunt: & ideo aliam rationem assignat do. Anto. in.c. cum. M. supra eo. ti. & in.c. I. de transla. episco. quam alibi sæpe Moder. sequuntur, & Præposi. in.c. frustra. in. iii. col. viii. distin. † ꝙ ideo hoc est, quia imperator recepit potestatem a populo, qui in translatione imperii retinuit sibi hanc potestatem, sed papa recepit a deo non a clericis: & ideo clerici nullam vnq̃ potestatem habuerũt. ¶ Sed istam rationem eleganter deridet Imo. in.c. i. de transla. præla. & And. sicu. in.c. fi. in. xiii. col. nu. 106. de consue. qui reiecta ista ratione sequitur primã & cum eo transeũt Moderniores. ¶ Mihi etiam ista ratio ex alio non satisfacit ex eo: quia attenta tali ratione etiam consuetudo, quæ a potestate originẽ summit: vt dicit Bar. in. l. i. in fi. ff. de legi. & Moder. in rub. de consue. non deberet posse induci a clericis contra canones cuius contrariũ est verum, nec eadem ratione attenta layci in rebus suis contra canones possent statuere, cum ipsi nõ dederint potestatem papæ: cuius contrarium probatur in. d.c. venientes. ¶ Præterea attenta supradicta ratione idem esset dicendum in laycis statuentibus contra ius ciuile: nam licet imperator imperium a populo habuerit, potestatem tamen condendi legem, quæ post translatum imperium competit imperatori non a populo, sed a Deo procedit: vt patet Prouerb. viii. c. per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: & hoc expresse dicit tex. in. §. quia igi

tur.in aucten.de fide instrumen. & in.l.fin.xxiij.q.j. cum concordan.quos scribit Paris de puteo in tractatu de re militari.fol.j.in.iiij.colum.& dixi supra in principio istius capituli. † Nam omnis potestas temporalis a deo est: vt in.c.nec mirum.xxvj.q.v. & ideo cõsiderata ista ratio ne deberemus dicere ꝙ layci statuere non possent contra imperatorem, cuius cõtrarium communiter omnes fatentur hactenus reprobatæ sunt omnes rationes doc. quid dicendum.

5

¶Mihi videtur ꝙ inaniter omnes torquẽtur in assignãdo rationem non considerato fundamento: nam si recte cuncta pensantur non cauetur expresse in iure ciuili, ꝙ inferiores layci possunt statuta facere contra principem q̃uis pertinaciter doctores hoc defendant, cuius opi.signifer fuit Albe. in tractatu statutorum parte prima in septima & octaua quæstione, & alij plures sequuti eum, cum ad hoc dicendum neq; ratio naturalis suadet, neq; iuridica: nam contra naturam potius iudicatur ꝙ membra a capite separentur: vt in.c.quoniam.de offic. ordi. quod fit si a lege principis subditi recedunt contra le-

6 gem eius calcitrando, & contrarium statuendo: † nam vnus debet esse princeps: vt dicit textus hoc probans ratione naturali in.c.in apibus.vij.q.j. & Aristo.ij.Metha. Abb.in disputatione sua prima: & pluralitas est naturæ inimica: vt in.l.finali.ff.de rerum diui. nec potuit Roma duos pati reges, vt ibi dicitur: sed dicere ꝙ layci pro suo arbitrio possint tollere legem principis esset dare pluralitatem principatuum, cum condere legem sit de supremo imperio, & de reseruatis in signum excellentiæ: vt tradunt omnes in lege prima de officio eius.& in lege imperium.ff.de iurisdictione omnium iudicum. hoc tamẽ est inconueniens igitur &c.

¶Non obstat textus in lege omnes populi. per quem communis opinio mouetur: quia ille textus non dicit ꝙ populus possit statuere contra legem principis, sed simpliciter ꝙ potest statuere: vnde intelligendum est illos posse præter legem in casibus non decisis a iure etiam vel secundum legem: vt in lege magistratus.ff.

7 ad municipales. † Ad hoc bene facit regula clara, ꝙ par in parem, nec minor contra minorem imperium

habet.l.nam & magistratus.ff.de arbi.per quem tex.istis opi.tenuit glo.in.l.si feriati.ff.de ferijs.&.l.ille a quo.§. tempestiuum.ff.ad treb.& habetur in.c.q super his.de maio.& obe.sed dicere populu posse tollere legem principis est maiorem minori submittere,& hoc est contra iura,ergo &c. ¶ † Praeterea hoc ex alio suadetur,nam clarum

8 est,q quando aliquid est aperte dispositum de iure canonico & non reperitur illud clarum de iure ciuili stādum est dispositioni iuris canonici in vtroq foro.c.j.&.ij.de ope.noui nuncia.Fely.in.c.in causis.col.j.& in.c.fraternitatis.col.ij.de testi.sed de iure canonico dispositu est, q inferiores tollere non possunt.l.superiori.vt in cle.ne romani.de elec.ergo illa dispositio habebit locum de iure ciuili postq aperte cōtrarium non apparet,nisi de expressa indulgentia,siue priuilegio principis hoc populo concederetur:vt in.c.venientes.de iure iur.& isto modo posset tolli tex.sm alium intellectum in.d.l.omnes populi.cum simi.quae allegantur.

9 ¶ † No.vlterius ex isto text.ibi sententia,q sententia excommunicationis appellatur sententia,tamen hoc non est verum proprie loquēdo:quia potius dicitur esse poena:vt dicit hic Archi.& communiter alij,adde eundem Archi.in.c.si.xviij.dist.&.ij.q.j.in summa,cum concor. quae scribit Fely.in rub.de re iudi.in.viij.col.versic.non obstan.& dixi latius in rubri.de senten.excom. Et hoc de plano procedit quando excommunicatio apponitur in statuto,de quo tex.hic loquitur,secus vero in excommunicatione,quae profertur ab hanc:quia talis bene dicitur sententia interloquutoria,& ita And.sic.& Moder.tenēt in rub.de re iudi.in cle.& hic.Ex quo inferunt,q statutu loquens de sententia non comprehendet excommunicationem:vt hic late per ipsos. ¶ Adde pro ista opi.Abb. in rub.de re iudi.in fi.& in rub.de senten.excom.& vtrobiq Fely.& idem Abb.in.c.praeterea.el.ij.in.v.col.de appella.& sequuntur quidam Moder.repe.g.in prin.istius capituli fol.xxj.& ratio praedictoru est: quia cum excommunicatio sit quaedam interlocutoria non venit proprie appellatione sententiae:vt concludit Alex.& alij in rubr. ff.de re iudi.per.l.q iussit.eo.tit.& quia verba debent accipi in potiori significatu.&c.

¶ Tamen circa hæc omnia considerandum est. Primo, quia illa ratio communis ꝙ excommunicatio, ideo sententia non dicatur, ex quo punit non videtur vera: quia eadem ratione esset dicendum in alijs sententijs, quibus crimina puniuntur: & tamen hoc est falsum: † quia sententia
10 capitulis vel priuationis bonorum sententia proprie dicitur: vt in.l.iiij.& quinta. de bo. perscrip. & toto titulo C.de senten.pas.& quia tex.noster hic simpliciter excommunicationem appellat sententiam: ergo in dubio debet intelligi de sententia proprie.l.j.& ibi Bart.ff.de fonte.& l.non aliter.de leg.iij.& hoc idem paret in rub. de sente. excom.nam ibi etiam simpliciter excommunicationem appellat sententiam, & illa differentia, quæ fit, an ab statuto vel homine excommunicatio proferatur iu e non probatur, immo parificantur: vt tradit Fede. de senis in consi.ij.in pri.& est tex.in.l.seruus hac lege.C.commu.delega.&.C.de re.alie.l.fi.quia isto casu nulla videtur differentia: quia vtroq; modo excommunicatus puniri dicitur, & sententia quæ ab statuto profertur, vel a lege etiã canon late, vel ferendæ sententiæ dicitur: vt tradit Fely.
11 in.c.rodulphus.de rescrip.† Et quia excõmunicatio non fit ad finem, vt aliquis principaliter puniat, sed vt emendetur, & isto respectu sententia excommunicationis medicinalis dicitur: vt in.c.cum medicinalis.j.de senten.excom.& propterea illa ratio non tollit, quin absolute sententia dici potest. ¶ Et ex hoc infero, ꝙ statutum loquens de sententia comprehendet proprie excommunicationẽ nec illud obstat, ꝙ interloquutoria non fit proprie sententia, quod ex rub.C.de senten.& interro.videtur colligi, dum ibi ponitur vt diuersa: quia ad hoc respõderi potest, ꝙ illa dictio &, in illa rub.ponitur inter genus & speciem: vt in rub.de serui.& aqua.& illa opi.est vera quando in sententia interloquutoria non concurrit eadem ratio: prout declarat late Deci.in.c.super eo.el.ij.in.iiij.no.de appel.post alios, quos ibi adducit: & licet dicat ꝙ sententia imponit finem controuersiæ, idem est dicendũ in interloquutoria, quæ etiam imponit finem illi articulo, super quo profertur diffinitiue: vt est gl.in.l. siquis iusiurandum.C.de reb.cre.& in.l.siquis a liberis.§. siquis ex
12 his.ff.de libe.agnoscẽ.† & sic quod dicitur de toto respe

ctu totius, idem dicendum est de parte respectu partis: vt no. Iason in .l. iurisgentium. §. adeo. in .j. not. ff. de pac. & in .l. a iudice. in .iij. col. C. de iudi. And. sicu. in .c. j. in .ix. col. de lit. contest. & vulga. l. quae de tota. ff. de rei vendi.
13 †Et hoc vlterius suadetur: quia videmus ꝙ ita dat actio in factū pro interloquutoria, sicut pro diffinitiua: vt not. glo. in .l. fi. §. de necessitate. C. de bonis q̃ libe. ¶ Nec ob. ꝙ verba in potiori significatu sunt intelligenda. l. j. ff. si ager vecti. quia illa regula procedit quando in alio mino
14 ri intelligi non possunt: & ita procedit. d. l. j. † als verba simpliciter prolata generaliter debent intelligi: ita decla rat. d. l. j. no. Bar. in .l. si mater. §. pen. ff. de excep. rei iudi. sequitur Iason in .l. incerti. §. si nummi. in .j. col. nu. 6. ff. de condi. indc. & in .l. j. in princ. col. xvj. de acqui. posses. nouissimi repe. in .c. j. in .iij. col. de iudi. & Soci. in consi. vlti. in .ij. lib. ¶ Et ista omnia in ratione efficaci fundant: quia negari non potest ꝙ iste terminus sententia, sit dictio generalis: ergo proprie comprehendit suas species. l. siquid earum. §. interemptum. ff. de leg. iij. licet Soci. in l. j. de vulg. & pup. & in rub. & sic ita comprehēdit interlocutoriam sicut diffinitiuam, sicut iste terminus animal vt genus ita proprie praedicatur de boue sicut de homine, nec ob. etiam tex. qui ad hoc de interloquutoria allegatur in .l. si ex causa. §. nunc videamus. ff. de mino. quia ille tex. de sententia non loquitur: sed praesupposito ꝙ de sententia loqueretur ex alio ille tex. non procedit propter delictum minoris. Ita illum tex. declarat Bar. in .l. si quis in tantam. in .ij. colū. ver. quaero quid de pupillo. C.
15 vnde vi. & finaliter † ꝙ sententia interloquutoria absolute dicatur proprie sententia, tenent Mod. regien. in rub. ff. de re iudi. & Franci. de Aretio in trac. quae sit sententia diffinitiua. in pen. q. rationibus de quibus ibi per eos, ad quos supradicta addi possunt. Nam ista videtur satis probabilis opinio.
16 ¶ †No. tertio ex isto text. s̃m Domini. ꝙ episcopus per suum statutum potest imponere poenam ipso iure de delicto, pro quo ius aliam poenā imponit non ipso iure, ita est hic tex. nota. quem ita intelligit Abb. in .c. cum contingat. in .ij. col. de foro compe. per quem dicit nota. Card. in .c. ex tuę. de clericis non residen. ꝙ licet de iure com

munui clericus non residens sit priuandus beneficio:ta
men episcopus potest per suum statutum imponere pœ
nam ipso iure, videlicet, vt sit priuatus: facit pro hoc eti
am glo. in cle. vt hij qui. de ætate & quali. & istam opi. per
tex. nostrum tenet Abb. licet de Card. mentionem non
facit in c. quoniam. §. porro. in pen. col. nu. 11. vt lit. non
conte. & ad hoc istum tex. alleg. Bal. in c. reprehẽsibilis.
in. ij. col. versic. quæro vtrum. de appella. ¶ Amplia hoc
quod dicitur de episcopo procedere in legato: nam si in
feriores hoc facere possunt: vt hic a fortiori legatus: & ita
istum text. ampliat Abb. in c. ꝙ translationem. in. ij. col.
17 de offi. lega. & sic habes ex hoc † ꝙ episcopus non solum
potest corrigere excessus subditorum, sed etiam statuta
facere ad reformationem morum per appositionẽ pœ
ne ipso iure, dum tamen sint ẽm regulas canonum, q̃uis
etiam præter ius canonicum statuere possit pœnam etiã
addendo, vt superius dictum est, in casu vbi ius pœnam
non apposuit, vel si apposuit eam poterit augere: vt pa
tet hic, sed contra ius non potest hoc facere: & ita istũ tex.
ad hoc alleg. Abb. in c. licet. in. ij. no. de offi. ordi. & Geor.
Natam in repe. cle. sæpe. in. xlix. colũ. de verbo. signifi. &
idem est in papa in casibus in quibus statuere nõ potest,
vt contra ius diuinum: nam potest præter ius diuinum
statuere apponendo pœnam: vt tradit Fely. in c. cum. p.
col. pe. de fide instru. & hoc idem est in concilio generali:
nam tollere non potest. l. papæ, licet præter eam possit
statuere: vt est glo. sing. in cle. ne romani. in ver. electio
nem, & ꝙ episcopus possit ius cõmune adiuuare etiam
per pœnam ipso iure, vt hic dicitur, tenet Abb. in c. quo
niam. §. porro. in. vij. col. vt lit. non contest. & Moder. Bo
noniẽn. in c. j. in. vij. col. ẽ. eod. tit. & ad hoc Abb. tradit
vnũ simile in practica in d. c. q̃m. §. in alijs. in. xxvj. colũ.
eo. tit. & per hoc dicit etiam Abb. in c. ex frequentibus.
in. ij. no. de insti. ꝙ superior poterit facere statutum ful
minans excommunicationem ipso facto contra tenen
18 tes beneficia sine legitimo titulo: & alleg. text. hic † & sic
potest factum a iure damnatum prohibere sub certa &
noua pœna: vt tradit idem Abb. in c. a nobis. per illum
& istum tex. de sentẽ. excom. & hoc de additione pœnæ
late prosequitur Fely. in c. ꝙ super his. in. v. col. de maio

19 vi.& obedi. † Et intantum operatur hæc additio pœnæ, ꝙ licet lex positiua sit consona iuri diuino, si tamen ei ali quid additur illa additio facit eam differre a iure diui no,& iudicatur de ea idem quod de iure positiuo: ita est tex.hic, quem ad hoc ponderat Felyn.in.c.j. in.v.col.de treu.& pace.& ita declarantur dicta sua in.c.ij.in.ij.col. de proba. Nam hoc statutum episcopi de quo loquit iste tex.prohibens furtum quod alis est damnatum lege diui na in additione pœnæ limitat per ius positiuum, vt non liget extra territorium statuentis sicut ius positiuum: &
20 ex hoc comprobatur illa regula, † ꝙ species reassumens genus est potentior ipso genere: vt in.c.ij. & ibi dico.J. de præben.lib.vj. Hoc tamen procedit respectu pœnæ appositæ in statuto, non autem respectu qualitatis deli cti: quia ius diuinum per hoc non alteratur, sed potius adiuuatur: vt in.l.hac consultissima.c.de testa.& ita etiam limitatur & declaratur dictum Card. in cle. statutum.in in.iiij.col.de elec.dum dicit quod idem iudicatur de ad ditamento quod de principali vt procedat cæteris pari bus, vt quia habent similitudinem in origine & natura, secus si aliter qualitas alteratur per additionem: vt in.l. ius ciuile.vbi no.Iason.ff.de iusti.& iure. facit bene text. in.c.statutum.j.de elec.

¶ Sed circa prædicta diligenter est aduertendum in pri mis non videtur verum istud dictum Domi.communi ter approbatum, ꝙ episcopus possit per suum statutum imponere pœnam ipso iure in casu super quo ius com
21 mune aliam pœnam imponit ex eo: † quia nemo debet duplici pœna puniri.c.at si clerici.de iudi.cum simi. cũ per pœnam appositam per episcopum pœna iuris com munis non censeatur sublata, nisi dicamus ꝙ istud dictũ debet intelligi quando pœna iuris communis non erat sufficiens pro illo delicto: quia tali casu non est inconue niens, vt quis duplici pœna puniatur: vt est bonus tex. in.c.cum in cunctis.§.clerici.& ibi no.Deci.in.ij.not.de elec.glo.no.in.c.mensuram.de pœni.dist.j.vel potest in telligi quando pœna iuris communis non imponebatur ipso iure: sed episcopus per suum statutum illam eandem inducit puniendo ipso iure: vt in exemplo Card.in.d.c. ex tuæ, quem sequuntur plures, quos.§.retuli. ¶ Sed vl-

terius cogitandum est: qa istud dictum Card. quod prædicti docto. tantum commendat adhuc non videt aliquo pacto verum, nec etiam absolute verum est episcopum addere pœnam posse ad ius commune: nam in primis contra opi. Card. & sequacium est dictum lo. an. in terminis in addi. ad Specu. in rub. de elec. vbi concludit, q episcopus non potest per suum statutum imponere pœnam ipso iure in casu super quo ius commune imposuit pœnam per sententiam non ipso iure, & exemplificat: vt
22 ecce de iure communi inductum est, † q electio facta vno ex canonicis contempto sit cassanda, non autem sit nulla ipso iure: vt in. c. q sicut. de elec. Si vero episcopus per suum statutum disponeret esse nullam ipso iure non valeret: & hoc tenet Oldra. in. d. consi. cclix. & hoc idem per viam regulæ videtur tradere Bald. in. l. pro gramma. C. comi. vel episto. & in specie contra opi. Cardi. in. d. c. ex tuæ, tenet Gaspar Calde. lo. an. & expressius Imol. in. d. c. ex tuæ. & videtur ista esse cõmunis opi. quam vltra prædicta expresse tenet Albe. in. l. de quibus. in. l. col. versic. item quæritur an circa electiones. ff. de legi & Oldr. cõsi. cclix. impugnatur electio. in. ij. colũ. immo fortius potest attētari, q episcopus non solum non potest per suum statutum imponere pœnam ipso iure, sed nec etiam aliquã aliam præter ius commune inducere per doctrinã Bar. quæ videtur in terminis in. l. fi. in fi. C. de proxi. sac. scri.
23 lib. x. † vbi concludit, q cui prohibitum est mutare ius a fortiori illi prohibetur posse addere: sequitur Oldr. in. d. consi. cclix. impugnatur electio. in. ij. col. Nam qui addit mutare dicitur: vt in. l. j. §. si quis simpliciter. de ver. ob. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. sed episcopus prohibet mutare legem superioris. d. cle. ne romani. igitur & addere ad eam pœnam phibetur: & hoc vlterius efficacius probo sic: quia clarum est q inducta est forma a iure q episcopus, nec alij inferiores a papa possunt tollere legẽ superioris: vt in cle. ne romani. de elec. vbi text. loquit per
24 ver. non potest. † de cuius natura est inducere formam: vt tradit Iason in. l. j. in prin. per illum tex. ff. de verb. ob. & est tex. in. l. nemo potest. de leg. j. & c. j. de reg. iur. l. eo. lib. per quæ iura hoc tenet Bar. & Bal. in. l. gallus. in prin. in ij. col. ff. de lib. & posthu. cum sexcentis concord. quæ

congerũt Moder.in trac.legum connubialiũ.fol.clxxvj. cum seq.sed vbi inducta est forma paria sunt facere contra vel preter:vt est glo.nota.communiter approbata in c.si cui.in ver.praeter.§. de elec. tenet Abb. in.c.pisanis. in.ij.col.per illũ tex.de offi.deleg.Imo.post Bal.& Anto.
25 in.c.dilecti per illum tex.de maio.& obe.† sed episcopus non potest facere contra legem superioris:vt in.c.super his.de maio.& obe.&.d.cle.ne romani.ergo pariter, nec poterit praeter legem superioris facere constituendo poenam.Et per hoc ego damno opi.Abb.& Moder.in.c.prudentiam.in prin.de offi.deleg.dum ibi Abb.vult ꝙ licet episcopus non possit statuere contra legem papae:poterit tamen praeter legẽ facere apponendo poenam, quod dictum etiam sequutus est Fely.in.c.causamq́ꝫ.in.ij.col. de re iudi.&alibi saepe,sed illud non est verum: vt vides per istam regulam.

¶ Et ideo pro resolutione praedictorum considerandum est,ꝙ istud notabile Domi.& docto. verum est in casu in quo loquitur iste tex.videlicet in poena censurae,quae spiritualis est,& de facili reparari potest:vt in.c.cum medicinalis.de senten.excom.lib.vj.& habet in se specialẽ differentiam ab alijs:vt concludit Bal. in.l.j.in princi.ff.de
26 legi.† Secus vero videretur in poenis ipso iure,quae afflictionem corporis, vel infamiam inducerent: quia illas imponere non potest:vt declarat no.Bal.& Saly.in.d.l. programma. ¶ Sed cõsidera adhuc tu subtilis: quia ista distinctio non est generalis, nec eneruat ea, quae.ẽ.dicta sunt,quę praedicti docto.non viderunt. ¶ Et ideo ego ita dicerem,ꝙ aut a iure communi est statuta aliqua certa & determinata poena imponẽda, aut nulla primo casu episcopus non potest per suum statutum contrariam poenam imponere:& ita procedit dictum Io.an.in.d.rub.de elec.Nam si ius commune dicit ꝙ electio sit cassanda pręsupponit actum ante cassationem valere:vt tradit Bar.in l.iusiurãdum.ff.de iure iur.& Inno.in.c.cum in nostris. de cõcess.praebẽ.cum simi.si vero episcopus statuit poenam ipso iure vult actum statim non valere,& sic manifeste facit contra ius commune:& ideo merito illud statutũ non valeret per praedictam regulam: & hoc generaliter in omnibus casibus potest habere locũ,nisi poena sit me

diccinalis, vt hic: quia licet illa sit ipso iure imposita: non tamen concernit actum super quo ius commune disposuit, sed solum personam contrafacientem: & isto modo declaro, & approbo dictum Bal. in. d. l. pro grãma. & procedit iste tex. vel nisi pœna apposita a iure communi nõ esset clara in verbis, sed dubia propter diuersitatem opi. tunc enim episcopus posset pœnam ipso iure imponere, ita tenet Io. an. in. c. ex parte tertia. per illum tex. de verb. signi. & Io. de ana. in. c. fraternitatis. col. pe. de hæreti. aut vero ius commune prohibet aliquid non fieri: tamen super illo facto non apponit pœnam aliquam, & tali casu episcopus per suum statutum poterit apponere, vel ipso iure, vel per sententiam: & isto modo ego intelligo glo. in d. cle. ne romani. in ver. tolli. quod tene menti. nec obst. dictum Bar. in. d. l. fi. cum alijs allegatis: quia procedunt illa quando per illam additionem mutaretur substantia rei a'l's secus: vt no. dicit Archi. in summa. v. distin. faciũt etiam quæ Roma. dicit in consi. xlv. super eo quod quæritur. & ea quæ dicit Abb. in. c. ij. in. viij. col. vers. & aduerte. & versi. pone enim. de lib. obla.

27 ¶ Nõ ob. illud quod dicebatur de forma data in. d. cle. ne romani. qa aduertendũ est, ꝙ duplex est forma, quedã est hõis, alia iuris, prima annullat actũ, siue fiat cõtra siue fiat præter: ita procedit reg. illa glo. in. d. c. si cui. cum allega. superius: & ita expresse hoc dicit Car. in cle. j. in. xxx. q. de deci. quia tali casu durius agitur cum homine ꝙ cũ lege. vulg. l. celsus. de arbi. declarando vt dixi in. §. item si quis in fraudem. insti. de actio. In forma vero iuris distinguendum est: quia aut emanauit simpliciter prohibẽdo non tamen annullando, & tali casu factum contra formam non valet, sed factum præter non inualidatur; ita est doctri. Barto. notabilis in. l. omnes populi. in. vij. col. versi. circa secundum ibi quid dicemus. ff. de iusti. & iur. dum respondet ad. l. humanum. & declarat magistraliter Deci. in consi. xxv. & sm alium numerũ in consi. ccxxix. stante constitutione. in. ij. colũ. in. ij. parte. & aliquid per eundem in. c. de appel. in. ij. col. extra de appel. & ita procedit. d. cle. ne romani. & ita etiam declaratur tex. in. l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. obli. dum ibi datur forma ꝙ alteri stipulari nemo potest: & tamen præter illam for

28 mam valet stipulatio pœnæ: vt dicit ibi Barto. † Sed vbi
forma a iure non esset data simpliciter, sed cum decreto
annullatiuo tali casu potest procedere regula.d.c.sicut.&
ea quæ superius dicta sunt: & tūc paria essent contra for-
mam facere, vel præter per .g̃. dicta, intelligendo tamen
vt per glo.in cle.j.in ver.inhibentes.de iu.pa.ſm ꝙ eam
declarat Fely.in.c.ex parte.in.iiij.&.v.col.de constitu.&
quæ dicit Saly.in.l.vltima per tex.ibi iuncta.l.præceden
ti.C.de senten.ex pericu.reci.& Iason in.l.j.C.de summa
trini.& reassumunt Moder.quidam certe eruditi in trac.
de iure maritali.fol.clxvij. quæ omnia notanda sunt vl-
tra doctores.
¶ Et ista omnia quæ dicta sunt de plano procedūt quan
do de reuocanda, vel tollenda constitutione canonis epi
scopus disponit, secus vero si contra legem ciuilem sta-
tuisset: quia tali casu permissum sibi videtur: quia cessat
ratio in qua fundatur.d.cle.ne romani.& ideo Bal.in.c.
29 cum omnes.col.fi.de consti.dicit, † ꝙ episcopus poterit
facere statutum ꝙ exceptio nō numeratę pecuniæ inter
clericos possit opponi vsq; ad quadriennium non ob. ꝙ
ius ciuile contrarium statuat: quod sequitur Fely. in.c.su
per his.in fi.de maio.& obe. ¶ Sed considera tu, & audias
diligenter: quia in casu isto ideo statutum episcopi vale-
ret: quia p illud reuerteretur ad ius antiquū quo erat di-
spositum ꝙ.l.quadriennium tali exceptio proponi pos-
set: vt in.l.in contractibus.C.de non nume.pecu.& ita in
terminis dicit do.Anto.& Imo.in.c.fi.de soluti. sequitur
Soci.in consi.ccxlj.circa primam.in.vij.col.in.ij.vol.im-
mo dico tibi vnum, ꝙ tale statutum nō diceretur contra
30 ius ciuile, sed contra ius canonicum: † nam de iure cano
nico exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuo opponi
potest: vt singulariter dicit Dyn.in regula locupletari.in
fi.l.de reg.iur.cuius opi. plures sequuntur, quos refert
Iason approbans istud dictū in.l.qui pecuniam. in.ij.col.
ff.si cer.peta.& ista est communis opi. vt dicunt Moder.
apostil.ad Dy.in.d.regula vbi plures alleg. & vltra ipsos
hoc tenet do.Bapti.de sancto Blasio in repe.rub. decreti
in.xxv.q.vbi plura adducit: & sic vides ꝙ Felyn.& Bald.
male dicunt, dum volunt ꝙ tale statutum sit contra ius
ciuile, & ꝙ valeat. Nam ex prædictis vides ꝙ non est dire

cto contra ius commune sed conseruatiuum iuris ciuilis antiqui: & tali casu episcopus etiam cōtra canones statuere posset quando per suum statutum reuerteretur ad ius antiquum: vt dictum est superius in.c.i. quæ quidem via fauorabilis reputatur: vt dicit gl.in.c.iii.in ver.numerandum.j.de præben.eo.lib. Nam tali casu episcopo hoc non denegatur: vt concludit Abb.in.c. cum accessissent, supra de consti. & tenet Fely.in.c.super his.in.iii.col. cum concor. vt ibi per eum de maio.& obe. Nam tale sta.utū non dicitur contra ius canonicum, sed in casu de quo hic agitur, secus est, per ea quæ dicta sunt, & per rationem quam adducit Bald.in.l.illicitas.in princ.in.i.lec.ff.de offi. præsi. ¶ Et circa prædicta vlterius notandum est, q licet episcopus contra ius canonicum, nec etiam legatus de latere statuere possint, dispensatio tamen eis non denegatur: vt concludit Deci.alia adducens in rub.supra de consti.in.ii.lec. col.penul.& sic potentius videtur hoc casu ius constitutionis q̃ dispensationis: vt Anto.dicit in clemen.ii.per gl.ibi de rescrip.& idem Deci.in.c.de causis.in.ii.colum.nu.8. de offi.delega.

31 ¶ † No.quarto, q layci subiiciuntur statuto episcopi tendenti in vtilitatem animæ, & per quod euitatur peccatū: ratio est s̄m Domi.hic: quia layci quo ad animam subiiciuntur iudici ecclesiastico.c.nouit.extra de iudi. adde pro ista opi.benefacere, quæ dicit Inn.& Abb.in.c.i.supra eo. vbi dicunt q conditori canonum subdita est vniuersa caro: & sequitur Firmia.in tracta.de episcopo.fol.xxviii. in iii.col.versi.prædictis adde.& ita in terminis istum text.ad hoc idem inducit Angelus in cons.lxiiii.incip.quoniam. ¶ Sed tamen aduertendum est, quia istud notabile respectu laycorum in tex. isto non ꝓbatur, qui intelligi debet de clericis episcopo suo subiectis, nec etiā ob.text.in.d.c. nouit.& in.d.c.i.quia procedunt in laycis subiectis aliqua particulari ratione, sicut in.c.cæterum.de iudi. per hoc tamen absolute dici non potest † q papa vel episcopus statuere possint contra laycos ex eo, quia distincte sunt potestates: vt dicitur in.d.c.nouit.& in.c.si duobus.de appella. & in.c.solite.de maio.& obed.& vnus non se impedit de iurisdictione alterius: vt no.per omnes.in.c.ecclesia. & in c.quæ in ecclesiarum.de consti. & in.c.per venerabilem.

&.c.causam.qui fi.sunt leg. Nam istud quod dicit Domi. procederet quando aliquo respectu speciali iudices temporales non possent illud peccatū laycorum punire, & de illo cognoscere: vt in cle.dispendiosam.de iudi.& in c.fi.j.de iudi.& tradit no.Alex.in consi.cxj.vel quādo denegaretur ab eis iustitia quod quidem specialiter non regulariter hoc contingit ex eo: quia cum iudices temporales de peccato subditorum cognoscere possint vt tradit no.Bar.in.l.sub praetextu.ff.de va.& extraor.crim.& Bal.in.c.ij.de proba.& est text.in.l.senatusconsulto.ff.de offi.praesi.& optimus tex.in.c.regum.& in.c.rex.&.c.relegantes.xxiij.q.v.& facit tex.in.l.potioris.C.de offi.rec.prouin.non debemus ad subsidiarios iudices cuius modi sunt ecclesiastici recurrere. Nam iudices temporales praesumuntur in dubio, ꝙ iustum & honestum fuerit iudicare: vt in.l.ij.C.de offi.ciui.iudi.& in.c.in praesentia.de renun.nisi constiterit cōtrarium quo casu, vt dictum est habet recursus ad ecclesiasticos iudices: vt tradit Alexā.

33 consi.cxj.in.ij.col.lib.j. ¶ † Et ideo ego putarem ꝙ episcopus in foro contentioso non posset per suum statutū ligare delinquentes laycos ad peccatum, nisi ob negligētiam iudicis secularis relinquētis peccata impunita, vel nisi in foro conscientiae, qui quidem forus non circūscribitur loco: vt patet ex verbis diui Pauli ad Chorin.j.c.v. cui q̄dem foro omnes layci sunt obnoxij, & ob eam causam parere coguntur episcopo, & alijs rectoribus ecclesiae: vt in.c.omnis.de poeni.& remis.& in.c.omnis anima. de censi.cum simi.& tali casu bene procederet dictū Domi. si ita loqueretur, & ita possunt declarari ea, quae dicit Abb.in.c.penul.in.j.col.versi.sed contra hoc.de consue. & in.c.dilecto.in.v.col.de testi.

34 ¶ † No.vlterius & quinto ex isto tex.fm Domi.hic vnum modum fortificandi statutum, scilicet, per poenae appositionem: adde ad hoc tex.singu.in.l.fi.C.de diuor.& alius modus firmandi statuta est iuramentum: vt in.c.vbi periculum.§.praeterea.j.de elec.tertius modus est cōfirmatio sedis apostolicae: vt in.c.dilecto.s̄.de praeben. & in.c. cum venerabilis.de consue.& in.c.constitutus.de rescri. & in.c.cum.m.&.c.cum accessissent.de constit.& de hoc est bonus tex.& ibi no.Domi.in.c.cū aliq̄bus.j.de rescri.

¶ Istud tamen dictum Domi. intelligitur respectu subditorum, secus vero respectu statuẽtium, qui pœna sui statuti non ligantur: nam possunt retrocedere, ita in terminis de episcopo dicit Bal. in auc. quibuscũq;. in fi. de sac. san. eccle. & in. l. digna vox. de legi. & in. l. cum ipse. C. de contrahen. empti. & notabilius in. l. voluntatibus. in. iiij. col. in lec. antiqua. C. de fideicom. & ita etiam concludit Abb. in. c. j. in fi. de rapto. & Archi. in. c. licet canon.). de elec. & hoc latissime probat in notabili. q. Io. an. in regu. cui licet.). de reg. iur. in mercu. Sed tamen in contrarium est decisio Bal. in. §. ad hæc. in. vj. col. de pace iur. firman.
35 † vbi concludit episcopum receptãtem furem incidere in excommunicationem latam vigore suæ cõstitutionis disponentis, q; furans sit excommunicatus. Tamẽ quicquid sit prima opi. est communis, & verior reiecta opini. Bal. per. sũ. dicta, & alia plura, quæ ad istud propositũ congerit Firmia. in trac. episcopi. in. ij. parte lib. iiij. q. xvj. & ibi disputat quod etiã in papa, de quo specialius dixi in regula de infirmis resig. q. j. ¶ Et hoc de plano procedit in pœna de qua Domi. hic loquitur, & prædicti docto. Secus tamen est in iuramẽto per quod statutum confirmatur: quia illud bene ligat statuentes, vt ab illo retrocedere non possint sine nota periurij: vt no. Abb. in. c. constitutus. de rescrip. distinguendo tamen nota. vt per eundẽ in. c. dilecto. col. fi. de præben. & hoc idem in papa videtur habere locum, † qui proprio iuramento ligatur, nec
36 se ab illo sine cã absoluere potest: prout concludit And. sicu. in. c. j. nu. 57. de consti. vbi refert Innoc. dicere in. c. non est. de voto. q; Grego. xij. qui in conclaui ante papatum iurauit, & vouit renũciare papatui pro sedãdo schismate, quod durauerat Triginta annis, q; fuit astrictus iuramento: & hoc idem cum pluribus cõcor. reassumit Deci. in consi. clj. maximi ponderis. in. v. col. in. j. parte. & latissime istam partem defendit post longam disputationẽ Hiero. Vicecomes in trac. de obligatione papali. in. iiij. quæsito. ¶ Sed tamen auctoritates prædictæ intelligunt quando papa per viam contractus se obligat & iurat obseruare: quia tali casu cum de præiudicio tertij agatur, efficax est iuramentum: & ratio est in promptu, quia iura-
37 mentum est talis naturæ, † q; actum aĩs de sua natura reuocabilem

uocabilem facit irreuocabilem vt tradit late Ias.in.l.si cõ
uenerit.ff.de iu.o.iu.Deci.& alij in.c.j.de iudi.cũ cõcor.
vt scribit Thomas ferrarius in cautel .xxx. cum quibus
concordant moder.omnes tam in.c.j.de consti.q̃ in.c.j.
de probati. vbi est propria materia sed vbi per viam sta
tuti vel alterius dispositionis non sonantis in contractũ
Papa iuraret credo illum non teneri nec ligari iuramen-
78 to ratio est † quia statutum de sui natura est reuocabile &
dependens a voluntate Principis & sic vnius vt patet in
c.j.& ibi glo.§.eodem.& in.l.fi.C.de legibus & iuramen
tum sortitur naturam dispositionis super qua interponi-
tur vt in.l.fi.C.de non nu.pecu.vnde tali casu reuocato
statuto iuramentum etiam censetur reuocatum ex eo qa
in eo semper subintelligitur illa clausula rebus sic stanti
bus vel si papę placuerit vt in.c.ne quis.xxij.q.ij.in.l.cũ
quibus.ff.de solu.& in.c. venientes de iu.iur.& ita proce
dit dictum Pet.de Ancha.in.c.venerabilem in fi.de elec.
cum multis quę congerit Fely.in.c.j.in.ix.col.vers.sexta
declaratio de consti. & ibi respondet ad quandam ratio-
nem contrariam de quibus Docto.latissime diuagantur
in dictis locis vbi videndum est quia non est hic propri-
us locus nam videmus exemplũ de papa Paulo.ij. & de
Gregorio.xij.quod refert Andre.sicul. in.c.in præsen-
tia in.xxxiij.& seq.col. de proba.qui iurauerant in con-
claui ante assumptionem & post capitula .xliij.obserua-
re & nullos creare cardinales nisi de voto vnanimi om-
nium Cardinalium. Et tamen postea hoc non obserua-
uit. Nam creauerat .viij.Cardinales inter quos fuit crea
tus generalis ordinis sancti Francisci qui postea fuit cre
atus Papa & vocatus Sixtus .iiij.Et idem fecit Gregori-
us.xij.qui vt refert.d.Anto. de but.in.c.j.de consti.iura
uerat se non creaturum Cardinales & hoc non obstan-
te creauit postea duos quorum alter vocabatur Gabriel
de contumeliis qui postea creatus fuit Papa & vocatus
Eugenius .iiij.Et licet idem Andre. sicul. multis verbis
eos defenderit in tracta. suo de præstantia Cardinaliũ,
in.d.capit.in præsentia se contrarium consuluisse dixit
& se excusat a contrarietate ibi exemplo Augustini qui

librum retractatio. fecerat. Sed circa prædicta vlterius aduertendum est quod iste opi. possent sic nouiter concordari quod aut statutum prohibet aliquid quod est cōtra bonos mores naturales & super illo apponitur pœna vel iuramentum & tali casu credo statuentem ligari aut vero illud quod prohibetur est contra bonos mores ciuiles tantum & apponitur pœna & tunc dicerem non ligari statuētes arg. eorū quę tradit Ias. post Pau. de Cast. in .l. pacta quę contra. C. de pact. & in .l. stipulo hoc modo. ff. de ver. obli. de qua materia dixi in regula Cancellarie .xviij.

39 ¶ † Nota sexto ex isto tex. ibi cum extra territorium &c. quod statutum non extendit vires suas extra territoriū ita istū tex. no. Abb. in .c. quę in ecclesiarum in prin. de consti. & in ru. de fo. compe. vbi declarat quid sit territorium de quo hic tex. loquitur & dicetur .j. in glo. & ad hoc idē notat Alex. in consil. xlj. in .v. volu. vbi plures concor. allegat & istam regulam ampliat & limitat. xvij. modis Ias. in .l. fi. ff. de iu. o. iu. ¶ Sed vltra ibi dicta per eum & alios ibi & hic adde pro declaratione & ampliatione istius tex. & regulę aliquas decisiones Doctorum in practica quas ex varia & multa lectione collegi addendo ad eas vel detrahendo prout dubitari continget. ¶ Primo igitur ista regula tex. nostri procedit quādo statutum est odiosum tunc enim limites diocesis non excedit vt no. Bal. in .l. j. C. de sum. tri. & ibi late Bar. & reassumit late Soci. vbi multa cumulat in consil. cclxxj. incip. in præsenti consultatione col. penul. in .ij. vol. & notabiliter per eundem in consil. lxxiiij. in præsenti consultatione in .iiij. col. li. primo vbi ita intelligit tex. hic & in consil. xxxvi. recte ac

40 mature in prima col. primo lib. & hinc est † quod subditus episcopi non ligatur pœna statuti prohibentis sub pœna excommunicationis ne quis tali tempore vadat de nocte si extra diocesim vadit de nocte vt dicit Abb. post alios quos refert in .c. j. de rapto. & reassumit. Alex. in

41 consil. cxj. in primo vol. † Nam tale statutum dicitur esse iniustum quando excedit fines iurisdictionis vt dicit Abb. in .c. j. in .ij. col. & ibi Fely. in .ix. col. de constitu. & idem dicit Abb. in .c. ecclesia sanctę Marię in .v. col. co.

titulo & alleg. tex. istum & ibidem in. x. colum. secus vero est in statuto fauorabili quia tunc bene ligat extra territorium ita notabiliter dicit Baldus in consil. cccxcvij. permittendum est ad euidentiam in. vi. volum. vt si statutum dat præmium occidenti bannitum comprehen-
tholomeum floridum archiepiscopũ Cussentin. eiusdẽ
Papæ secretarium vbi multis rationibus probat. d. c. ad
falsariorum comprehendere episcopos & habere locum
in breuibus apostolicis quod consilium hodie reperitur
impressum & licet illum de comprehensione episcoporũ
sit valde dubitabile per ea quæ adduxit in contrarium
Vincentius herculanus vulgo frisius nuncupatus in quo
dam alio consil. impresso responsorio fundamentis dicti
Petri tamen quo ad hoc de breui quod sub dicto capit.

ad falsariorum comprehendatur omnes transeunt & ita fuit iudicatum per Alex. sextum in consistorio vt ipsi re
6 feruntt & ita fuit priuatus & cõbustus dictus archiepisco pus propter falsitatem breuis.

¶Non obstát modo quę superius adducta sunt quia nõ est verum dictum glosatoris regularum cancellariæ ꝙ literæ apostolicæ solum dicantur illæ que sunt plũbatę cũ iura allegata per eum hoc non probent minus videtur verum illud quod dicit de falsante supplicationem quia contra illum tenet collectarius in.d.c. ad falsariorum qui expresse tenet ꝙ falsans supplicationem comprehendatur sub illo tex. vt expertus fuit Sebastianus de federicis teruisinus alías doctor eminẽtis doctrínę & in pretio habitus qui propter falsitatem quarundam supplicationũ a Leone.x. iussus est ignibus tradi pro quo facit dictum Socini in consil.ciiij.in.ij.col.dum loquitur de falsitate signaturæ & hoc procedit etiam si vna litera tantũ vel etiam vnus punctus poneretur quia tales sunt falsarij vt tradít Fely.in.c.ij.in.ii.col. ver. stilus de rescríp. & fuit ventilatum hoc dictum Fely. coram Reuerendíssimo Cardinali de Cesarinis contra Rodericum de auila quẽ a tali nota vt aduocatus defendebam contra scriptores apostolicos ponderando tex.in.c. causam de rescrip. vt latius dixí in consilijs meis super hoc habitis.

¶Non obstat etiam tex. in.d.l.sacri affatus quia ille tex. non loquitur in rescrípto sed in priuilegio tantum vt in terminis dicit Domi.p.archi.ꝯ.in proæmio in.§.vniuersitati & idem Domi.in.c.j.de lit.contest.

¶Nec etiam obst.ꝙ breue sit inuentum recens quia hoc negari potest nam Polidorus in.d.c.íj. de inuent. rerũ non dicit nisi ꝙ Alex.vj.primus collegium scriptorum breuium ordinauit,Nam propter hoc non infertur inuẽtum fuisse recens quia potuit esse antiquum licet erectio collegij recens vt patet in collegio notariorum rotæ,Nã licet eorum officium antiquum sit collegium vero eorũ est recens & nouissime ordinatum sic est dicendum de breuibus quia constat Roma.pontifices ante Alex.vi.eis fuisse vsos vt est videre in registro diui Gregorij & palatij apostolici.

7 ¶†Nec obst. extrauag. iniunctæ quia non excludit bre-

uia cum veniant appellatione literarum vt superius est dictum & puto illi extrauag. satisfactũ siquis breue apostolicum obtineat ad probandum promotionem suam vt tenet glo. in regula cancellariæ .xxix. col.penult. per rationem quam ibi ponit & idem tenet glos. in regula xxv.col.fi. Alia quæ adducta fuerunt nõ vrgent nec probantur vt considerari potest & ideo concludendum est ꝙ breuia veniant appellatione rescriptorum, vt literæ apostolicę. ¶ Sed opere pretium videndum esset nunqd appellatione supplicationis contineatur breue & certe hoc etiam dependet ab eo nunquid supplicatio sit rescriptum quod posset defendi largo mõ sed proprie cõsiderando breue non veniret appellatione supplicationis cum contineat forma & qualitates diuersas iuxta.c.statu
8 tum de elect. eo.libro.hoc apparet, † quia supplicationes siue commissiones de simplici inst. potest cancellaria sine speciali commissione Papæ concedere vt tenet Egid.deci.cccccc .ij. secus tamen est in breuibus ergo videntur esse diuersa patet hoc ex alio quia per breuia cõmittitur causa pendens in partibus quam cancellaria nõ potest committere vt tenet Egid. deci.xlvi. & ideo glo. in regula cancellariæ.xxv. tenet ꝙ illa regula quæ loquitur de supplicatione non habet locum in breui & ibi in fi.col.dicit tunc in rota pendere dubium & hoc idem videtur tenere in regula .xxix. columna fi. & hoc etiam nouissime tempore meo tenuit rota coram .R.P .D. Paulo Capisucco episcopo Neocastren.benemerito ĩ causa taruisine pensionis de mense Maii.1536. Nam voluit maior
9 pars dominorũ † ꝙ regula cancellariæ de qua tunc agebatur disponens ꝙ per supplicationem non censeretur prouisum alicui de monasterijs nisi cedula consistorialis iuxta illius datam fieret nõ habet locum in breui ꝑ quod tunc fuerat prouisum per papam Clementem .vij.cardinali Pisano de episcopatu Vincentino & ita etiam tenuit rota in terminis dictarum regularum.xxv.&.xxix.de quibus supra coram.R.p.d.Io. mohedano in vna hispalen. can. & in alia tullen abbatisatus coram.R.d.Pet.vortio. Sed dictæ opi. possunt concordari ꝙ supplicatio potest capi dupliciter aut pro supplicatione gratiosa & procedant ea que superius dicta fuerunt quia clarũ est breue

non esse supplicationem gratiosam cum sit pars rescripti continentis iustitiam. Aut vero supplicatio capitur pro commissione prout secundum communem vsum loquendi appellantur & tunc breue potest dici supplicatio siue cōmissio cum per illud committantur causæ habet tamen maiorem qualitatem q̄ simplex commissio vt de se patet de quo dicam latius in regula cancellariæ.xxv. vbi melius cadet & propter istam maiorem licentiam & plenitudinē potestatis ex qua emanant breuia possunt hodie ęquiparari bullis expeditis per cameram vt colligitur ex his quæ dicit Car. Alexandri. in .c. in memoriam col. penul .xix. dist. post Benedictum de perusio in.c.ad audientiam isto titulo qui voluerunt ꝙ sicut falsa latinitas non viciat bullas quæ transeunt per cameram ita neq̄ viciant breuia quod est notandum ad extensionem .d.c. ad audientiam quod de literis apost. loqtur. Et hæc de pri. parte. sufficiat.

¶ Secunda huius opusculi pars que latum dicendi campum pręberevidetur in paucis consistit exeo quia pro maiori parte in pratica versatur & ideo in ea sufficiet exēpla quędam expeditiones veluti stationas quasdam ponere per que plenior notitia haberi possit in dicta materia & ideo pro eius introductione in primis notandum erit ꝙ olim non concedebantur breuia nisi in materia iustitiam concernen. hodie vero per breue non solum expediuntur negotia circa causas seu iustitiam sed etiam circa gratiam quæ omnia in partibus committuntur quorum expeditiones modernis temporibus per secretarios plurimum ampliatę sunt, A quibus solis breuia conficiuntur sub sigillo annuli piscatoris in cera rubea quorum collegium Alex.vi. vt dixi primus omnium instituit cum olim a procuratoribus contradictarum expediri consueuissent & ista breuia aliquando conceduntur simpliciter aliquando etiam supplicatione introclusa vt dicit glo. in regula cancellariæ .xxv. & quando habent supplicationem introclusam licet per eam committatur aliquid, non tamen illud breue potest dici commissio nec venit appellatione commissionis sed est quid diuersum vt declarat idem glosator super regula cancellariæ .xxix. & ista via breuium temporibus nostris est multum frequens & vsitata propter breuiorum expeditionem & ob eam causam breuia

dicuntur quia breuiter & sine apparatu negotium conti- nent & ad exitum ducūt vt in .l. fi. C. de cō. fisci. debi. lib. x. quam ad istud propositum inducunt Moder. in annotationibus quæ leuande .ff. ad legem rod. de fal. & de hoc vltra ipsos est bonus tex. in .c. humane .§. item obiicitur illud xxii. q. v. & in .c. i. §. item si vasallus. si de inuesti. feu. contro. fue. ad idem est tex. in .l. excellentia ibi breuium datorū &c. C. de eroga. mili. an. li. xii. & in .c. i. ibi breue testatum &c. qui succ. da. feud. ten. Eorum autem breuium quæ supplicationem introclusam non habent exempla possent poni plura sed deligam ex illis quędam potiora causa vberioris doctrinæ vt vos qui versati non estis in curia aliqua per imaginem & quodammodo per transitum intelligatis.

20 ¶ Primum igitur exemplum, ponitur in breui, † dispensationis de non promouendo, ad certum tempus, cuius formam in voce vobis refero circa quod debetis notare ꝙ vigore istius dispensationis non tenetur dispensatus durante illo tempore promoueri etiam ad subdiaconatus ordinem ad quem teneretur promoueri si dispensatus fuisset per ordinariū iuxta formam .c. cum ex eo de elect. eo. li. & hoc ideo est quia in forma huiusmodi breuis hoc expresse continetur & papa hoc potest facere sed ordinarius non potest hoc concedere quia non dispensat contra ius commune contra quod esset talis dispensatio quod est verum nisi in casibus expressis vel ex causa legitima & expressa vt in c. dilectus de tempo. ordi. & ibi Abb. & in .c. cum dilecti de elect. & not. in .c. at si clerici .§. de adulteriis de iudi. & in .c. cum inferior de maiori. & obe. & ita nouissimis temporibus conclusit Rota in vna ciuitaten. dimidiæ portionis coram .R.P.D. Nicolao aragonia pro Antonio Ferdinandi .xxiiii. Nouembris 1536. vt latius scripsi in decisionibus & quod dictum est de ordinario idem dicendum est in maiori Penitentiario qui hodie per priuilegia Sixti papæ quarti æquiparatur in his quæ sunt de iure communi ordinariis & potest etiam vltra ordinarios in casibus sibi concessis in priuilegiis suis dispensare iste tamen casus in illis non continetur & extra casus contentos in priuilegiis aut stilo non potest plusquam ordina-

tius vt tradunt doct. post glo. ibi in cle. ne Romani in verbo expirare de elect. & dixi late in tract. de offi. & potestate maioris penitentiarij est bene verum ꝙ stilus sacri officij multo tempore obseruatus plura etiam tribuit q̄ in priuilegijs contineantur & ille stilus approbatur a rota vt patet in deci. 846. in antiquis quae est sub titulo de filijs presby. dec. iiij. & de tali stilo statur relationi maioris penitentiarij vt dicit deci. rotae. 565. col. j. in antiquis sed circa casum de quo loquimur maior penitentiarius ex stilo non concedit plusq̄ ordinarius sed in alio habet plusq̄ ordinarius quia potest tempus huiusmodi dispensationis prorogare & ita stilus penitentiarię se habet sed ordinarius non quia hoc non cauetur iure & illa prorogatio potest fieri ter & in qualibet prorogatione non solet concedi nisi annus aliquando sex mēses & hoc secundum causas vrgentes quae narrantur pro quo facit que dicit Alex. consil. lxxj. secundo vol. licet secundum Bal. in. l. sancimus. C. de fideiuss. & clarius in. c. fi. in. v.
10 col. versi. dubitabatur † de cōsue. prorogatio nō debet excedere terminum principalem datum in concessione licet posset esse tanti temporis quia prorogatio debet esse eiusdē formae & naturę vt dicit Bald. in. cōsil. cj. incip. nobiles viri in. iii. vol. col. iij. & sequitur Lanfrancus in tracta. arbit. fol. iij. licet corrupte & Hyppolitus Sin. lij. quod est menti tenendum & in tali prorogatione requiruntur tria.

¶Primum ꝙ sit facta infra tempus primū iuxta. l. sed si manente de pręca. cum concor. vt per Fely. in. c. praeterea in. ix. col. desponsa.

¶Secundum requiritur ꝙ prima concessio siue dispensatio sit facta ab eodem maiori penitentiario quia si esset facta prima dispēsatio a papa maior penitentiarius non posset eam prorogare per ea quae tradit. Fely. in. c. cum olim in. iiij. col. vers. ad. x. q. de ma. & obe. sicut etiam videmus in gratia perinde valere quae nō conceditur quādo gratia fuit per alium facta vt notatur in illo libro qui dicitur pratica cancellariae fo. lxxxviij. posset tamen maior penitentiarius sicut & ordinarius hoc facere per viā nouę concessionis iuxta. dictum. c. cū ex eo & tali casu facilius esset concedere q̄ prorogare pro quo facit glo. in

capitulo hi qui de preben. eodem libro.

¶Tertium requisitum est q in tali prorogatione refera ad causam tur saltem in effectu prima dispensatio ne talis proroga tio sit surreptitia iuxta ea quę concludit Oldra. in con sil. ccxv. puncta breuia. col. 2. vers. secundo.

¶Vnum tamen non omitto q si talis prorogatio fieret
12 in medio temporis concessi in dispensatione quod † tem pus prorogationis curreret a data prorogationis & nõ expectaretur cursus totius temporis in dispensatione cõ cessi cum istæ prorogationes sint odiosę & damnosę ec clesiis hoc videtur probari ex adductis per Ioan. Andr. in capitulo cum in cunctis in. iiij. & .v. colũ. de elect. & ex dictis Oldr. consil. cciij. in. ii. dubio facit glo. in versi. cõstitutus in clementina hi qui de ętat. & qualita. & glo. in verbo postea in capitulo prędixerat de pœni. dist. pri ma & capitulo veniens de prescript. faciunt quæ notat Bal. in capitulo cum in veteri col. fi. de electio. & de hoc videtur esse glo. in terminis in verbo septennium in di cto capitulo cũ ex eo. ȷ. de elect. ex quo colligitur vnum aliud notabile q licet episcopus non possit dispensatio nem quam facit reuocare seu minuere in tempore pote rit tamen hoc facere per viam prorogationis & ratio esse potest quia in prorogatione concurrit voluntas dispen sati qui potest fauori suo renunciare propterea sint cauti petentes prorogationem vt petant in fine termini con tenti in dispensatione.

¶Et ista omnia de plano procedunt in prorrogatione dispensationis de non promouendo quę pręseruat di spensato beneficia sua ne vacent. ȷ. tempus in dispensa tione concessum secus tamen est in prorogatione tem poris dati ad se consecrandũ, quia talis prorogatio non faceret quo minus priora beneficia vacent & sic in effe ctu nihil operatur etiam si esset facta per papam nisi illa concederetur motu proprio vt dicit notabili. Fely. in. c. ad aures. vii. col. de rescript. & ante ipsum Ioan. Franci scus paulinus rotę auditor in tract. de offi. & potest capitu li sed. vacant. folio. xvii. in. ii. col. secũdũ paruam impre sionem & sequuntur moderni in capitulo cum in cun
13 ctis. §. inferiora de electionibus, † Sed isto casu esset dubium nunquid talis concessio motu proprio posset

per ordinarium vel maiorem penitentiarium fieri, Domi. in cap. primo in quarta columna vers. q si motu proprio cum vers. seq. i. isto titulo videtur dubitare sed ego puto q sic quia non reperitur prohibitum in iure q ordinarius non possit gratiam concedere motu proprio vt dicit glo. in regula cancellariae .xv. col. ij. immo si verum fateri licet magis conuenit illa clausula ordinarijs q pape propter maiorem certitudinem personarū habilium sue diocesis quarum presumuntur habere particularem & indiuiduam notitiam per ea que notan. in .c. ordinarij. j. de offi. ordi. & videtur sentire Fely. in .c. ad aures in .xiiij. conclusione de rescript. & in .c. in nostra in xxix. corre. eodem titulo dixi in regula annali .q .x. Sed summi pontifices habent notitiam in vniuerso & sepe p relationem aliorum & hoc propter multiplices eorum occupationes & ideo hac ratione ordinarij vti possunt dicta clausula vt notabiliter etiam concludit Cardi. in cle. ij. q. fi. de offi. ordi. & eodem modo dicendum est in maiori penitentiario cum sit ne dum ordinarius sed maior ordinario vt patet in priuilegijs Sixti & nota. in cle. ne romani de electio.

14 ¶Solet etiam concedi per breue dispensatio ad incompatibilia precipue † ad dignitates obtinendas in vna ecclesia ad duos menses item ad duos can. & preben. ad quatuor menses post pacificam possessionem assequutā & ista dispensatio ppterea expeditur p breue cum maiori expensa quia per penitentiariam non potest expediri nisi beneficia sub eodem tecto sint dissimilia vt est canonic. & simplex beneficium vel alia huiusmodi sicut potest hoc facere ordinarius vt tradit Abb. in .c. literas in fi. de concess. preben. & latissime in .c. extirpande .§. q vero numero .xlj. de preben. Et iste est vnus casus in quo breuia exorbitant a prima eorum natura.

¶Est tamen aduertendum q in huiusmodi dispensatione aliquando datur habilitatio aliquando non & frequentius solet denegari & in tali habilitatione habilitas dispēsati oī alio respectu adesse debet iuxta tex. ī .c. j. de etat. & qualit. lib. vi. itaq interpretatur ista dispositio habere locum ī beneficijs alias canonice adeptis vt tradit Abb. in .c. dudum la. ii. in penultimo notabili de elect. solum

enim operatur dicta dispositio vt ei pluralitas non noceat vt est tex. in capitulo non potest de præben. eodem libro & in .c. si gratiose eodem libro & huic emanauit regula cancellariæ .xlix. qua disponitur per quamcunq̧ signaturam in quacunq̧ gratia non induci dispensationem nisi super dispensatione principaliter sit facta alias nihil operatur.

¶ Per breue etiam frequenter in curia solet cōcedi supplicatione introclusa ꝙ prouisus de aliqua dignitate vel beneficio ponatur in possessionem per exequutorem in partibus ante expeditionem bullarum nec tali casu potest dari de regulari ꝙ literis non expeditis nec de extrauag. iniunctę cum in talibus certa scientia papę inducit derogationē vt dicit glo. cancellarię in regula .xxix. col. ij. & isto casu breue plus operatur q̄ res iudicata quod est mirandum ex eo quia breuia conceduntur sine causę cognitione, & sic potest res aliter se habere sed res iudicata pro veritate habetur vulg. l. res iudicata & tamen † de stilo rotæ non potest quis poni in possessionem vigore executorialium nisi intimentur prius possessori quo non parente obseruatis quatuor terminis declaratoria sententia fertur contra eum & licet in exequutorialibus ponatur clausula ꝙ propria auctoritate possit capi possessio illud intelligitur seruatis prędictis alias diceretur quasi attentare propter reliquias quasdam litis quæ durat quo vsq̧ sententia sit exequutioni mandata vt dixi in regula de annali. q. xliiij. & ita seruat rota sed iste stilus non est de iure, quia de iure statim possent capere possessionem cū exequutorialibus vt late probo in regula cācellarię .xxv. & tradunt omnes in .c. sicut & in .l. a diuo pio de re iudi. sed quia posset cōtingere ꝙ possessor ex aliqua iusta causa iustificaret possessionem suam rota considerat equitatem illam quæ ita hodie seruatur vt refert Fely. in .c. ad probandum in .iij. col. de re iudi. & de hoc dico latissime super regula cancellarię .xxv. in. fi. q. vbi tracto materiā signaturę iustitię quæ non repetam. Tamen hodie per fauores facile obtinentur breuia ꝙ licet quis capere possessionem etiā si lis pendeat sine vicio attentatorū vt vidi sæpe quod est male factum tamen hoc haberet excusationem in beneficijs vacan. in curia.

16 ¶ †Facultas etiam testandi de bonis acquisitis intuitu ecclesiȩ iuxta .c. requisisti de testa. solet etiam per breue concedi sed ad paruam summam & tunc non fit compositio cum datario quia de minimis non curat prætor. l. si proprietarius de dam. infecto .c. si quȩstionis de symonia & hanc licentiam concedit etiam pœnitentiaria cum clausula dummodo ante omnia circa ecclesiam se exhibeat liberalē & non indistincte sed pro seruitoribus pauperibus vel aliis etiam consanguineis qui honesta seruitia prȩstiterunt aut alios pios vsus iuxta formam traditā in .c. relatum el secundo de testa. ex quo tex. composita fuit seu potius extracta ad verbum forma testandi posita in quinterno cancellariæ. Hodie tamen multi officiales curiȩ rōne officiorum suorum habēt istam licentiam, vt scriptores milites sancti Petri & plures alij tamen quando sunt diuites illis non seruatur talis facultas sed auferūtur ab illorum hȩredibus bona nisi specialiter in vita impetrauerint licentiā testandi facta compositione cum datario secundum mod. facultatum, & qui talem facultatem non habent spoliantur† & iste mos spoliandi defunctos bonis per dictos collectores fuit ab antiquo
17 seruatus in Romana ecclesia vt dicit Car. in .c. nisi cum pridē §. intueri in tertio notabili de renuncia. vbi subdit propter hanc causam plures viros egregios abhorrere prȩlaturam nē priuentur libertate testandi. & eodem modo sacra penitentiaria cōcedit licentiā religiosis retinendi pecunias acquisitas ex confessionibus, prædicationibus
18 † vel elemosinis ad vsus suos vt ex eis possint sibi vestes vel libros emere quod etiam ordinarius aut eorum superior illis concedere possent, Nam propter hoc non vidētur habere proprium cum ex debita obedientia semper debeant esse parati illa dimittere ad libitum suorum superiorum vt tradunt Ioā. And. Abb. & alij in .c. ij. & in c. cum ad monasterium de sta. mona. & idem Io. Andr. in regula non est obligatorium de re. iur. lib. vi. & hoc ēt in monialibus procedit vt tradit Abb. & moder. in .c. ex doceri in .ij. col. de rescript. & latius in consil. lxxxviij. lib. primo & idem in fratribus minoribus dicendum est vt probat late Car. in consil. 17. col. fi. & Cald. in titulo de regula. consil. ii. cum concor. vt per moder. in. c. cum

m.de const. & in.§. actionis autem Instit. de actio. quæ quidem facultas retinendi non conceditur absolute sed cum limitationibus suis inter quas ponuntur ista videlicet prouiso ꝙ omnia quæ habuerit tempore mortis suæ. confessori vel alteri religioso reuelare & monasterio relinquere teneatur alias ꝙ literę sibi nullatenus suffragētur &c. & non solum vt dictum est sacta pœnitentiaria concedit prædictis facultatem retinendi sed etiam vt dictum est licentiam testandi sed non simpliciter sed pro anima eorum vel proprijs vsibus cum limitationibus ordinarijs & solitis & per istam licentiam non conceditur religioso vt habeat proprium sic vt retineat sed vt in alium pium vsum transferat & distribuat eo tempore quo etiam si vellet retinere non posset quod facile cōceditur argu.l.cogi.§. hi qui solidum .ff.ad trebel.& .l.in ædibus §. ꝙ si filius.ff. de dona.& ꝙ talis licentia testandi concedi possit vltra stilum inueteratum sacri officij est etiam hoc de iure vt patet ex his quæ scribit Bal.in auct. nisi rogati ad si.C. ad trebel.& in.l. si quando post prine. C.de inoffi. testa.& in.l. certum.C. vnde legi.pro qua opi.Socinus .xviij fundamenta componit in consil.xiij.pręsens consultatio in.iii.col. libro .i. ista tamen licentia difficilius conceditur per viam breuis nam per viam breuis illis non conceditur facultas testandi nisi de licentia sui superioris & circa rem modicam argu. eorum quę ponit Egidius decis.ccxlvij. & not.in.c. cęterum de dona.licet ex magna causa in maiori summa aliquando fuerit dispēsatum de quo latius tradit Abb.in repeti.c.cum esses in xviii.col.de testa.& ibi late moder. & Philip.Perusinus in rubrica de testa.& moder.rep. in auct.ingressi.C.de sac. san.eccl. faciunt quæ tradit Fely.in.c.cū adeo de rescr.

19 ¶ † Per breue etiam conceditur dispensatio ꝙ bigamus possit capere ordines sacros & retinere beneficia sed sacra pœnitentiaria non dispensat in ordinibus sacris sed cum dispensato per papam indulget ꝙ possit habere duo beneficia simplicia compatibilia alias cum non dispensato ad ordines non dispensar quo ad beneficia etiā cum eo qui cum duabus virginibus contraxit etiam cum

20 illo † qui cognosceret vxorem suam adulteram quā initio virginem suscepit quia talis est vere bigamus etiam si

eam cognouiscet post peractam poenitentiam reconcilia- tam: vt tenet Petrus de ancha. in consil. cxxiiii. incip. circa bigamos, quem late refert & sequitur Io. de ana. in. c. si vir. col. i. de adulte. & hoc etiam tenet Felyn. in. c. ius generale. in. vi. col. i. dist. & latius Moder. in tracta. bigamiæ. q. v. col. xl. & q. vi. col. viii. nam licet sacra penitētiaria cum isto bi- gamo dispenset ꝙ possit gaudere clericali caractere ratio- ne fori, ac si cum vnica virgine contraxisset, non tamen di- spensat ad beneficia cum reputetur in cæteris laycus: vt ha- betur in. c. i. de biga. lib. vi. vbi etiam voluit Io. an. Domi. & alii ꝙ etiam ordinarius cum bigamo non posset dispen- sare ad primam tonsuram quorum opi. dicit esse commu- nem Cardi. alex. in. c. lector. xxxiiii. dist. & ratio istius opi. esse potest: quia prohibitio. d. c. i. est conciliaris contra quā non solum episcopi, sed neq legati de latere dispēsare pos- sunt: vt late tradit Moder. in. c. cum inferior. & in cle. ne ro- mani. de electio. Licet circa hoc ꝙ episcopi possint dispen- sare cum bigamo in minoribus ordinibus multi tenuerūt contrarium: nam Cardi. sancti Sixti post. S. Tho. & alios quos alleg. in. d. c. lector tenet episcopos in minoribus or- dinibus cum bigamo posse dispensare: & hoc idem ante ipsos tenuit Io. antiquus in summa confesso. li. iii. q. xii. & dicit cōmuniter teneri Astesanus antiquus in summa lib. vi. tit. vii. col. fi. Ita ꝙ videntur in hoc duæ opi. communes contrariæ, sed possunt concordari si diligenter præscruten- tur, vt prima opi. Io. an. & sequacium in. d. c. i. procedat re- gulariter propter rationem superius dictam. Secunda ve- ro opi. militet quando dispensandi subest legitima & eui-
21 dens causa † quia tali casu possunt episcopi & legati dispē- sare contra concilium generale: vt tradit Roma. in consil. ccccxxvii. col. pen. & consi. cccxxv. in. iiii. colū. Et legitima causa erit hoc casu sufficiens literatura vel nobilitas, iu- xta. c. de multa, de præbend. & ita præteritis diebus maior penitentiarius propter hanc causam dispensauit cum do. Fabio Mignanello Senensi aduocato consistoriali ad pri- mam tonsuram non ob. ꝙ contraxerat cum vidua.

22 ¶ † Solet etiam concedi per breue licentia vēdendi res im- mobiles ecclesiæ, & hoc conceditur per triplicem viā per breue supplicatione introclusa, & per rescriptum in forma dilectus, & per bullam sacræ penitētiariæ, sed per primam

viam

viam non solet concedi nisi ad valorem centum ducato rum(per alias vero vias datur etiam vltra centum cum iustificationibus suis videlicet dummodo precium huius modi apud ędem sacram vel aliquem mercatorem ido neum deponatur iux.l. acceptum .C. de vsur. & ea quæ dicunt moder.in.c.per vestras per illum tex.de do.inter vi.& vxo. & fiunt huiusmodi commissiones cum clausula si tibi constiterit q alienatio prædicta sit in euidentem vtilitatem ecclesiæ &c. & istę licentiæ frequentius hodie expediuntur per penitentieriam etiam ad magnam sum mam & non solum si in euidentem vtilitatem fiant sed et si dumtaxat in euidentem necessitatem quando illa ne cessitas aliunde reparari non potest nisi alienando quia talis necessitas vtilitati equiparatur vt est tex. & ibi glo. in versi. necessitas in cle. i. de re. ecclesiis non alien. & talis necessitas requiritur q sit ecclesiæ non personæ ex empli gratia vt si ecclesia pateretur ruinam quam non posset aliunde cum minori impensa nisi ex venditione huiusmodi reparari vel pateretur defectum. ornamento rum vel vasorum sacrorum vt dicit tex.in.c. aurum .xij. q.ij. nam tali casu potest dari licentia secus vero quando necessitas non ex parte ecclesiæ sed personæ vt quia be neficiatus est onere debitorum grauatus & condemna tus soluere & ille non habet bona patrimonialia nam ta li casu licet de fructibus beneficij satisfacere possit vt ha betur in.c. peruenit de fideiusso.& not.Ioan.And. & alii
23 in.c.grauis de deposi.†Non tamen hoc potest facere ven dendo bona ecclesiæ vt dicit Archi. & Ioan.Andr.in.c. eos.l.de sent.excom.declarando tamen vt per Abb.in.c. reprehensibilis col.fi.de appel.per cuius dicta concor dantur ea quę dicit Fely. in.c.ea noscitur de sent. excõ. vidi tamen concedi similes alienationes per penitentie riam pro soluendis debitis in dominio Florẽtinorum, & hoc quia Clemens .vii. specialiter commiserat maiori penitẽtiario propter magnas calamitates illius dominii causatas ex direptionibus militum.Hactenus quædam exempla posuimus quibus colligitur experientia expedi tionum breuium modo superest quædam alia enarrare quæ per breue expediri aliquando non possunt,& inter dum conceduntur.

¶ Nam in primis per breue non conceduntur dispensatio
24 nes matrimoniales in aliquibus gradibus phibitis,† quæ
tñ per penitentiariam expediuntur facta prius compositio
ne cum datario al's non transeunt,quod visum fuit multis
scrupulosis iniustũ asserentibus non procul esse ab hæresi
papam exigere istas compositiones pro dispensationibus
concedendis in quo errore constituerunt omnes pontifi
ces defunctos,& ad fundandum eorum opi.euangelii di
cto tegũtur,gratis enim accepistis gratis date quod proce
dit qñ iuste petitur dispensatio,cæterum si absq causa de
neganda esset potius dispensatio:qa dispensatio sine causa
edificat ad gehennã,& non immerito dissipatio appellatur
vt dicit illa gl.vulgaris in.c.non est.de voto.Et cã in dispen
sationibus põt esse multiplex,vel ad euitandũ scandalum,
vel rixas,vel quid simile:vt tradũt doc.in.c.qa circa.de con
san.& affi.& habes exẽplum in.c.ii.& in.c.duo.de despon.
impu.tradit Roma.in consi.cccvii.& Pet.de anch.in consi.
cccxxxix.vbi de Remigio monacho loqtur,q fuit postea
rex Aragonũ,& ab eo pcesserunt.viii.generationes regũ:
vt ibi dicit Pet.de ancha.& meminit Fely.in.c.si qñ.in.iii.
col.de rescrip.Sed tñ aduerte q licet verũ sit q in composi
tionibus exigẽdis hodie modus excedatur,tñ non idcirco
cõpositiones a papa male capiũtur:qa legimus.iiii.Regũ
c.xii.q p peccato a sacerdote redimẽdo dabatur pecunia,
quæ sacerdotũ erat:vt ibi dicit tex.Et licet pro gratia spũs
sancti,quę in impositione manus super egros versabatur,
pecunia capi non poterat:vt patet Mathæi.x.c.Et sic neq
papa pro cõsecrationibus,& pro his quæ in mera spũalita
te consistũt nihil etiam capit,vbi tñ aliquis petit dispensari,
qa transgressus est legem licite capit,qa hoc est quid diuer
sum a primo,sicut pphetia est quid diuersum ab ipositione
manus:vt pbat eps Abuleñ.super.c.x.Mathæi.Et hoc ap
paret qa etiam in veteri testõ non licebat pro sanitate dan
da,& sic pro manuũ impositione aliqd capere sine scelere:
25 vt patet.iiii.Regũ.c.v.† Et tñ pro prophetia poterat capi pe
cunia:vt patet Michee.iii.c.vt patet ẽt de Balaã qui erat ve
rus ppheta:vt colligitur Nume.xxiiii.& tñ pro pecunia ve
niebat ad pphetandum & maledicendum iudæis:vt patet
Nume.xxii.&.xxiiii.c.Et hoc qđ capit papa non capit pro
lucro,sed pro eius sustẽtatione:nã qui altari seruit iustũ est

vt de altari viuat: vt dicit Apl's. Et constat ipsum posse sua dente cã necessitatis bona ecclesię capere, & pecunias ab ecclesiasticis exigere: vt in.c.oĩs.xxii.dist. & in.c.cum apl's.de cẽsi. Nam & epi peccata subditorũ delinquẽtiũ pecunia cõponebãt: vt patet i.c.ii.de pœnis. ergo eodẽ mõ & papa facere põt seruato mõ pro culpa delinquentis, vel ad contra legem dispensatiue petẽtis. Infinita possent in ista materia cumulari quæ in mea apologia aduersus impugnãtes summum pontificem super ista perceptione latius diserui, quę hic inserere esset extra propositum.

26 ¶ † Neq; ẽt per breue regulariter conceditur altare portatile cum aliis contentis in forma confessionalis nisi ex magno fauore, & tũc non nisi nobilibus vel literatis personis, iuxta.c.de multa.de præben. nec tali casu conceditur in locis apostolica, sed ordinaria tm̃ auctoritate interdictis, licet tpe Leonis indifferenter concedebatur, pręsertim quia bulla fabricæ.S.Petri hoc concedebat. Et hodie ẽt per sacram penitentiariã cõceditur etiam cum clausulis in locis auctoritate apostolica interdictis cũ clausula, nisi interdictum huiusmodi apostolicũ pro interesse sedis apostolicæ appositũ fuerit, in reliquis vero concordat stilus signaturæ papæ cũ stilo sacræ penitentiariæ. Quia per signaturam papæ talis licentia audiendi missam tpe interdicti cum altari portatili regulariter non cõceditur, nisi qualificato oratori cũ familiaribus suis qui interesse possunt: si tñ fuerint oratores egregiæ personę, vel nobiles, aut illustres, tunc datur cum clausula in præsentia familiariũ domesticorum, aut aliarũ personarum ibidẽ accurrentium, dummodo.xx.non excedant. Et ista forma solet, vt dixi, per signaturã supplicationis, vel per sacrũ penitentiariæ officium concedi. Sed per viã breuis non conceditur, nisi iuxta formã quinterni cancellariæ. Et eodẽ modo antiquitus dari solebat cõfessionale, quod vltra altare portatile continet plenariã absolutionem omniũ peccatorum semel in vita, & in mortis articulo etiã si postea mors non sequatur ab oibus peccatis exceptis contentis in bulla in cena domini, Et q; sepelliri possit in ecclesia tempore interdicti ab ordinario posito sine funerali pompa, Si vero detur illustri ponitur clausula cum humili pompa, Sed principibus datur licentia funerandi etiam tempore interdicti impositi a sede apostolica, Item

dantur ět ad ſtatiónes vrbis, exceptis ſeptē eccleſiis, Et quando datur confraternitatibus reſtringitur ad perſonas.200. computatis viro & vxore pro vna perſona & eſt aduertendum ꝙ huiuſmodi licentia altaris conceſſa per ſacram penitentieriam iudicatur firmior q̄ conceſſa per fabricam vel archiuium quia eſt perpetua ex quo penitentieria nunq̄ moritur etiam mortuo pontifice vt in.d. cle. ne romani ſed illa quam concedit fabrica vel archiuium nulla habita perſonarum ratione eſt temporalis durante vita pontificis. Ratio eſt quia archiuium in hoc cenſetur habere poteſtatem ordinariam ſicut vicecancellarius iux. glo. in cle. ne Romani de electio. & tamen confeſſionale conceſſum ab ordinario eſt temporale ſecus ſi a papa vt dicit Fely. in. c. licet in. ij. col. de off. ordi. ergo eodem modo & illud archiuij niſi hoc expreſſe in eius priuilegio caueatur & iſta facultas tranſiuit hodie in abuſum nam antiquis temporibus non cōcedebātur niſi magnis nobilibus vel graduatis de quo latiſſime dico in tracta. de ſtilo ſacrę penitentierię.

27 ¶ † Item per breue non danť declaratoriæ cuiuſmodi eſt illa ꝙ degradatus reſtitutus per papam non debeat de nouo ordinari: & tamen hoc fit per officium ſacræ penitentiarię diſtinguendo ſpecies degradationis vt tradit Car. Alexandri. in. c. accedens in. ij. col. 50. diſt. & ſpecul. in titulo de diſpen. §. nunc de epiſcoporū verſ. lxv. & ſequit firmianus in tract. de epiſcopo in vlt. parte. q. 4.

28 ¶ † Datur tamen declaratoria religionis per vim & metum iuxta. c. i. ꝙ met. cauſa & iſta fit commiſſaria ordinario vel eo legitime recuſato viciniori epiſcopo qui hoc videat citato perſonaliter procuratore generali illius ordinis vna die pro altera iux. formam traditam in cōcilio Laterano & conſtito de metu iudex datus declarat talem non eſſe obligatum in genere nec ſpecie religioni alias li ere ubi non ſuffragantur.

29 ¶ † Datur ět declaratoria pro eo ꝙ minor annis intrat religioně iux. c. j. de reglꝰa. lib. vi. ſed ſi poſtea maior factꝰ ět non facta pfeſſione expſſa, capit ſacros ordines, in monaſterio non declaratur talis per breue obſtan. conſil. Cal. v. in titulo de regula. Nam aſſumptione m ſacrorū ordinū i mon ſterio facta cēſeť tacite pfeſſus vt ibi dicit Cal.

Tamen per sacram penitentiariā conceditur ita demū si promotus in promotione sua protestatus fuit, ꝙ propter huiusmodi ordinum susceptionem non intendebat in genere vel in specie se dictæ religioni obligari & sit commissaria, & talis ꝓtestatio releuat, iuxta dictum Domi.in.c.j.§.j.in.ij.q.de reg.lib.vj.& Abb.in.c.iij.de reg. & Domini.in.c.ij.de cogna.spiritua.

¶Potest etiam per breue concedi declaratoria ordinis per vim suscepti, sed ista hodie frequentius per penitentiariam conceditur, iuxta consi.j.Calde.in tit.qui cle. vel mona.declarando, prout per Abba.in.c.j.de cle. per sal. promo. quæ quidem concessio iustissima est ex eo, quia vbi est metus vel vis abest consensus liber, qui in ordine & professione requiritur: vt dicit tex.in.c.j.de regula.& in.c.sicut.xx.q.j.& tradunt doc.in.c.ꝙ locum.de spōsa.

30 †nec talis metus purgatur per mille annos durante causa metus: vt dicit Calde.in consi.j.ꝙ met.cau.& hoc idē firmat Bart.in.l.si ob turpē.col.fi.ff.de condi.ob tur.cau. sequitu Alex.in consi.xlviij.lib.iiij.cum concor.vt scribit Deci.in cōs.ccxix.& in.l.in oībus causis.ff.de reg.iur.

31 ¶†Solet tamen concedi religiosis per omnes vias, scilicet per signaturā papæ & per breue licentia standi extra propter infirmitates, vel pro subuentione parentum fratrum vel nepotum, & eadem licentia etiam conceditur per sacrum officium penitētiariæ, sed diuersimode: quia hodie per breue restringitur licētia cum clausula de licentia sui superioris & ea durante, sed per officium sacræ penitentiariæ conceditur sine dicta clausula: quia vbi est licentia superioris sui religiosus non indiget licentia apostolica & esset fatuus pecunias & laborem frustra exponere: & ita licentia olim per penitentiariam absentibus maioribus penitētiarijs Cardinalibus, Iuliano postea Iulio.ij.& Cardinali Borgia propter eorum contentiones, Nam Iuliano aduersabatur Alex.vj.& Cardinali Borgia idem Iulius.ij.Hæc licentia concedebatur satis inaduertenter, quæ tamen temporibus meis optime est reformata, vt statim dicam. In primis igitur conceditur licentia causa infirmitatis, sed non cuiuslibet infirmitatis, nec ita simpliciter, vt prius solitum erat, sed illius infirmitatis quam sine vitæ periculo, & animi dispēdio religiosus in

monasterii supportare non potest. Ista est formalis pe titio quę ibi proponitur, & secundum istum tenorem pe tit missellus religiosus licentiam exeundi ad domum ali cuius consanguinei vel amici vbi facilius possit mederi quam medicinam & consolationem hodie quia monaste ria sunt pauperrima vel quia refriguit Charitas non in ueniunt infirmi in domibus fratrum pręsertim conuen tualium mendicantium qui cęteris sunt pauperiores & ideo ne infirmus destitutus omni humano auxilio sic mo riatur hoc salutare remediū reptū ē quo papa eorū neces sitatibus subuenit ne soli inter duos monasterii parietes marmore frigidiores cogantur vitam cum gemitu & in dignatione emittere cum igitur iura omnia miserabili bus personis occurrant: vt tradunt doctores in capitu lo ex parte. cum similibus de foro competenti. & con stat hos infirmos inter miserabiles personas ad nume
32 rari. † vt est textus in lege prima. C. quando impera. in. pupil. & vidu. conueniens fuit: vt implorantibus tale re medium misericorditer occurramus. Nam sicut solui debet iuramentum quando seruari non potest sine in teritu salutis corporalis: vt dicit Abbas in capitulo si vero. de iure iurando. ita & religionis obseruantia ex tali causa potest ad tempus relaxari: infirmitas enim tri buit iustam causam dispensandi: vt dicit glosa necessi tate in clementina prima de priuilegijs. & est textus in capitulo primo de statu regularium. libro sexto. & in cle mentina prima. §. caeterum. versiculo sane. & ibi glo sa, hoc notat in versiculo rationabilis de statu monacho rum. Immo vult ibi praedicta glosa communiter ap probata, ꝙ eodem modo propter inimicitias capita
33 les † & aeris intemperiem potest cum talibus dispen sari, & illam glosam sequitur Fely. in capitulo accedens el. ij. in. v. col. vt lit. non contest. & plura cumulant mo der. in commento pragmaticae titulo de pac. poss. & ista licentia ad tempus causa infirmitatis posset concedi a su perioribus eorum prout saepe conceditur vt tradunt doctor. in dictis locis & in capitulo cum ad monasterium de sta. mo. & est tex. in capitulo monachum. xx. q. iiij. ve rum quia superiores prędicti pręsertim conuentuales non eā vtuntur discreto modo nec curant in hoc sequi

dispositionem, canonum sed proprium eorum arbitri-
um propterea ad sacrum officium occurrunt & quia di-
xi conuentuales non vti hac potestate discreto modo
hoc ex eo dixi quia videmus ꝙ maior pars religiosorum
exeuntium sunt de istis conuentualibus, Nam ex mona-
steriis claustralium obseruantium rarius exeunt quia in
illis maior aliquando adhibetur discretio circa infirmos
& seruatur modus viuendi & ideo vt dixi pauci ex illis ex
eunt cum habeatur vt plurimum ibi cura infirmorum
& ad illum effectum procurant facultates colligere. clau
strales vero qui communi vocabulo non obseruantes
appellantur non illam adhibent curam propter non or-
dinatum modum viuendi viuunt enim inter se sicut ac
34 cipitres adeo† ꝙ saepe isti afflicti exeuntes asserunt facili
us in seculo saluare posse animas suas q̃ in eorum mona
steriis subueniendum igitur fuit miserorum calamitati-
bus quia deus non vult mortem peccatorum sed vt con
uertantur & viuant vt in capitulo quia diuinitatis de pe
nit. distinct. prima & si tales cessantibus infirmitatibus (ꝑ
ut literae nostrae dicunt) non redierint ad monasterium
vtantur superiores eorum remediis oportunis ad redu-
cendum eos sicut reducunt apostatas sacrum igitur poe-
nitentiariae officium concedit huiusmodi licentiam di-
ctis infirmis non tamen absolute vt tempore Leonis .x.
solitum erat sed cum quadam limitatione a me inuen-
ta per quam iste aggressus monasterij conceditur ad tem
pus limitatio igitur quae in supplicationibus ponitur est
talis. Prouiso tamen ꝙ cessante infirmitate statim ad mo-
nasterium reuertantur alias literę huiusmodi nullatenus
sibi suffragentur itaq; licentia ista non est perpetua sed
temporali. scilicet durante infirmitate.
37 ¶ Secundo modo cõceditur licentia religiosis standi ex
tra isto modo videlicet propter subuentionem paren-
tum fratris vel neptis in extrema paupertate & mise-
ria existentium qui aliunde sibi de necessariis prouide
re non possunt. Ista concessio tempore Leonis per
breue & per poenitentiariam inaduertenter concede-
batur quia non erat limitata nec ratione persona-
rum nec ratione temporis. Concedebatur. n. talis licen
tia pro subuentione et consanguineorũ sine ꝑfinitione tẽ

poris, sed hodie restricta fuit per me hæc cōcessio ad ter
minos iuris, propterea talis expeditio hodie iuridica est,
& necessaria, & licita, in qua aliqui theologi fortius volue
runt ꝙ etiam sine licentia, & inuito prælato posset talis
religiosus monasterium exire, & parentibus in maxima
miseria constitutis, & alijs quibuscunq; fidelibus egendi
bus ex suo labore subuenire, adeo ꝙ posset capere de bo
nis monasterij inuito prælato, & eis ministrare. Sed licet
aliqui theologi ita teneāt per plures bonas rationes, alij
tamen voluerunt contrarium, sed illæ disputationes oēs
procedunt in casibus de qbus superius diximus, qui con
cedebātur tempore Leonis sine taxatione temporū nec
personarum: & ideo non attingūt casum, de quo hic tra
ctamus. Nam licentia ita moderata & iustificata, vt hodie
conceditur nullam difficultatem habet apud eosdē theo
logos: quia nullus eorum inficiatur ꝙ si religiosus de licē
tia papæ vel maioris penitentiarij exeat monasteriū præ
staturus opem parentibus egentibus omni auxilio desti
tutis ex sua industria & labore non ex bonis monasterij
hoc licite faciat, Nam in primis hoc est præceptum secū
dæ tabulæ de quo Exod. xx. honora patrem & matrē &c.
36 † Et iste honor principaliter consideratur in subuenien
do eis in magna necessitate constitutis: vt declarat Chri
stus dominus noster Mathei. xv. reprehēdens in hoc pha
riseos qui contrarium suadebant, & cum hoc obligatio
naturalis concurrit ſm Aristo. quem referunt Theologi
37 Exodi. xx. c. cum quo lex ciuilis concordat: † quia ex quo
huiusmodi opus subuētionis fundatur in charitate & mi
sericordia talis necessitas excludit omne votum & obli
gationem, alˢ ea quæ introducta sunt in cultum dei mili
tarent contra charitatē, & nesciremus quid esset illud mi
sericordiam volo non sacrificium, si propter cerimonias
regulares præsertim hodiernas non succurreretur huius
modi morienti, sicut Christus dixit contra phariseos Ma
thæi. xij. qui arguebant discipulos Christi fame pereun
tes in die Sabbati colligentes spicas, Nam rñdet Chri
stus homo maior est Sabbato, & Sabbatum est ꝑpter ho
38 minem. † Ita homo est maior quacunq; obseruantia & vo
to regulari: quia omnia hęc sunt propter hominem, nam
in his in quibus est quis primo obligatus non potest con

tariam obligationem subire, Nam si religiosus ante in⸗ gressum religionis esset vni obligatus in centum, clarum est ꝙ propter ingressum religionis illa obligatio non tol⸗ leretur, eodem modo nec tollitur illa obligatio de subue niendo parentibus quæ priusq̃ monasterium ingredere tur contracta fuit: & ideo per ingressum non debet tolli,
39 † sicut videmus ꝙ per ingressum religionis non absolui tur vir a debito coniugali prius contracto. Ita eadem ra⸗ tione neq; a debito iuris naturæ quod est alimentare pa rentes quam charitatem alendi parẽtes in necessitatibus cõstitutos legimus bruta animalia obseruasse, Nam teste Ysidoro, Ciconię sic se affectu pio ad parentes gerunt, ꝙ tanto tempore filij parentes senectute confectos in nido nutriant quanto ab eis in ætate paruula sunt nutriti: & maxime quia hic non agitur de auferendis religiosis per petuo a religione: vt quidam male opinantur, sed duran te dumtaxat parentum necessitate, Nam multa concedũ tur ad tempus, quę perpetuo non concederẽtur. argu. l.
40 quoties. C. de præci. impe. offe. † Præsertim quia talis re⸗ ligiosus propter hoc non absoluitur ab obseruantia reli gionis, quæ seruari potest in domo patris, cõsanguinei, vel amici. Nam hoc non est contra substãtiam monacha tus vt maneat extra monasteriũ in certo loco super quo episcopus & abbas possunt licentiam dare esse toto tem⸗ pore vitæ suæ: vt dicunt Inno. Abbas, & cæteri in. c. insi⸗ nuante. qui cleri. vel mona. sequitur Cardi. in cle. j. §. prę missa. de sup. neg. pręla. & Abb. in. c. sicut. el. j. de iur. iur. & in. c. ex rescripto. eo. tit. Et quamuis hoc sit de iure, ta⸗ men sacra penitẽtiaria non concedit hanc licentiã per⸗
41 petuo. † Præterea quia illa obligatio qua qs tenetur pa⸗ rentibus subuenire est ex præcepto diuino, obligatio ve⸗ ro ad religionẽ est inducta a constitutione humana prin cipaliter. Sed inconueniens est ꝙ lex humana deroget le gi diuinæ. Concludendum est igitur licentiam esse cano nicam, & ob eam causam, quia aliqui super hoc dubita⸗ uerunt concilium Grangense tales filios auxilium paren tibus non præstantes anathematizauit, cuius verba for⸗ malia hæc sunt. Siqui filij parentes maxime fideles dese⸗ ruerint occasione Dei cultus hoc iustum esse iudicantes, & non potius debitum honorem parẽtibus reddiderint

vt hoc ipsum in eis venerentur ꝙ fideles sint anethemati sint. Cuius concilii decretum & istam opinionem plures sequuti fuerunt quos breuitatis causa omittimus & licet vt dixi tempore Leonis hæc licentia exrandi extra dabatur non solum pro subuentione parentum & fratrum sed etiam nepotum hodie tamen hoc non indistincte conceditur propter doctrinam sancti Thomæ in quo libero .vi. tamen hoc solet concedi ad tempus videlicet pro fratre pupillo vel nepote non habente aliunde vñ sibi subueniri possit vel pro decrepito & hoc durante pupillari ętate quibus impedimentis cessantibus cessat licẽtia & debet ad monasterium reuerti religiosus & hoc fit propter rationem textus in capitulo cum quidam. §. finali. de iure iurando equiparando votum & iuramen
42 tum † quæ a pari procedunt vt dicit Abb. in capitulo sicut el primo de iure iurando & ante ipsum Archidiaconus in capitulo non solum. xxxij. quęstione. iij. cum quibus concordat Bartolus in lege si quis a liberis. ff. de liberis agnosc.
43 ¶ † Neq; solet etiam concedi per breue licentia doctorandi licet aliquando modernis temporibus ex gratia fuerit concessa etiam cum derogatione indultorum regum & reginarum quibus forte cauetur ꝙ nemo vigore etiam literarum apostolicarum debeat doctorari nisi prius in aliqua vniuersitate approbata operam literis dederit in qua periculum doctrinę suæ facere debeat hodie vero passim per commissionem conceditur talis licentia & cõmittitur alicui pręlato in curia ad electionem doctorandi qui quidem prælatus ex forma commissionis debet secum adhibere duos peritos eiusdem facultatis qui assistant examini & iurent de idoneitate doctorandi tunc habitis votis iuratis concedit lauream formam autem istius iuramenti poni Abb. in capitulo proposuisti de probat. & moderni in tractat. docto. vbi latius singula pertinentia ad doctoratum explicant & reassumit latissime Bar. cassaneus in catalogo gloriæ mundi in decima parte.

¶ Aduerte tamen ꝙ licet periti pręfati iurent de idoneitate & peritia promouendi pauci tamen hodie digni reperiuntur ad doctoratum vt dicit Bart. in proœ. ff. &

44 hoc fortasse euenit † propter consuetudinem hodier- nam propter quam dicit Rochus curtius in rep. capi- tulo finali de consue. in .xi. & . xii. columna q doctores presidentes laureando possunt iurare illos esse idoneos licet non sint & excusantur a periurio propter con- suetudinem allegat Roma. consil. dcccclxvi. & alia plu- ra de quibus ibi per eum sed puto excusari eos a pœna temporali non autem gehennali iuxta dictum glosę in capitulo deniq; quarta distinctione ista etiam licentia doctorandi conceditur per penitentieriam cum eisdem clausulis.

45 ¶ † Nec etiã per breue conceditur q fratres mẽdicantes possunt capere annuos redditus pro missis dicendis & tamen penitentiaria hoc concedit per ea quæ dicit Abbas in consilio .lxiij. in secundo volumine sequitur Decius in capitulo in pręsentia columna .xxxvi. nume- ro .lxxix. de probationibus plura alia per breue non conceduntur verũ quia ea solent aut p signaturam pa- pę vel per officium sacræ penitentiarię expediri pro- pterea omittenda dixi cũ latissime in tractatu de offic. & potest. maioris penitentiari. & stilo penitentiarię singu- la enarraui sufficient igitur ista exẽpli gratia posuisse.

46 ¶ † Iuramenti relaxatio ad effectum agendi parte non ci- tata non conceditur per breue, conceditur tamen per simplicem signaturam iustitiæ ac per officium sacrę pe nitentiariæ per viam commissionis & debet quis narra- re se inductum dolo vel vi ad celebrandum contractum vel quando est enormiter lesus nam tali casu quia iura- mentum non debet esse vinculum iniquitatis datur ab solutio ad predictum effectum nam ex hoc nullum parti aduersæ infertur præiuditium saltim conside- rabile & ideo talis commissio conceditur parte non ci- tata vt dicit Deci. rotæ .767. in antiquis & plures alii doctores quos a curate congerunt moderni in cõmen to decisionum capellæ Tolosanę Deci .lxij . & licet ista opinio sit communis contrariam tamen opini- onem amplectitur signatura Papæ quæ non con- cedit absolutionem nisi parte citata pro qua est Decisi. parlamenti Franciæ .cxxxx. sed illa opi nio non est vera nisi quando per illam abso-

lutionem obligatio contracta tolleretur & cancellaretur, tunc enim etiam per penitentiariam non cōceditur nisi ex magna causa, & tunc requireretur partis citatio, sed quando petitur relaxatio non ad hoc vt contractus tollatur, sed vt habilitetur persona, seu potius eius os aperiatur, vt non obstante iuramento huiusmodi possit detegere fraudem & dolum ipsius conclusionis, tunc datur parte non citata, & potest dari, quia non fit praeiudicium parti aduersae cum maneat sibi omne ius saluum ad debitum defendendum, ita dicit Oldra. consi. cxx. incip. ad duplicem finem. cum alijs concor. vt per Felyn. in. c. j. in iiij. q. de iur. iur.

¶ Et ista quae dicta sunt procedunt respectu actionis, secus tamen est respectu exceptionis, nam licet absolutio a iuramento per penitentiariam detur ad effectum agendi, non tamen ad effectum excipiendi. Ita cauetur in quadam formula cōcilij Lateranēsi. quae modo a paucis temporibus fuit per me ad vsum reuocata, Nam solebāt maiores penitentiarij a tempore Leonis abinde etiam absolutionem ad effectum excipiendi elargiri, & sic in formularijs tempore Ludouici Borgiae, & Agenēs. Cardinaliū & maiorum penitētiariorum obseruatum legimus, & cauetur in taxis illorum temporum, & etiam quod magis mirādum est tempore Cardinalis Sanctorum Quatuor senioris, cum eo tempore formula concilij Lateranēs. edita fuisset hoc. Idem cōcedebatur vt patet in registro sacri officij, itaq; varias videmus obseruationes quarum quaelibet sua se ratione tuet, Nam patres illi antiqui concedentes absolutionem ad effectum excipiendi fortassis

47 fundabantur hac ratione, † quia videmus facilius a iure concedi exceptionem q̄ actionem: vt patet in. c. cum inter cum alijs de excep. quo loco voluit Innoc. & posteri, q; licet excommunicatus agere prohibetur, non tamen prohibetur excipere, cum exceptio sit quędam defensio quae diabolo nō denegatur. Si igitur absolutio datur ad effectum agendi a fortiori potest concedi ad effectū excipiendi, Qui vero contrariam partem obseruant se formula concilij tuentur a qua non licet recedere, tum etiā quia videtur per licentiam excipiēdi dari ansa periurijs, Nam qui petit q; liceat ei contra obligationem iuratam

excipere petit licentiā contrauenlendi iuramento & hoc videtur periurium secus vero quando petit licentiā agē di quia in ea debet prius ostendere se lesum enormiter quod forte non probabit & pro ista opinio. facit quia clarum est ꝙ iuramentum habet se ad instar immo maiorē
48 vim habet q̄ res iudicata † vt dicit tex. in .l. ij .ff. de iur. iur. Nam iure chistiano nullum maius vinculum ad obligandum inuenitur q̄ iuramentum & tamen contra rem iudicatam licet quis permittatur agere nō tamē permittitur excipere vt est tex. in cle. i. de re iudi. & tenet Fely. in. c. debitores in. iiij. col. de iu. iur. & multi sunt casus in quibus permittitur actio & non permittitur exceptio vt refert Io. And. in. c. fi. de ordi. cog. facit tex. in. l. si quis fundum .C. ad. l. Iul. de vi. vbi in possessorio retinende licet admittatu actio non tamen exceptio quę omnia in casu nostro multo magis militant quia ex quo agitur de obseruantia iuramenti omnis interpretatio per quā eluditur talis promissio debet reijci vt probatur in. c. ad nostram de iu. iur. vbi licet exceptio compensationis sit legitima ad excludendum creditorem tamen vbi in contractu interuenit iuramentum illa exceptio repellitur & cogitur quis precisse soluere & iuramentum obseruare idem videmus in. c. debitores eodem titulo vbi exceptio vsurariæ prauitatis quæ alias esset sufficiens ad excludendum quamlibet obligationem tamen vinculum iuramēti non tollit prohibetur enim istis casibus exceptio quia per eam aperitur nobis facilior via ad eludenda iuramēta quod cessat in absolutione ad effectum agendi tantū quam absolutionem non pręsumitur quis de facili petere velle ex eo quia ad instruendam actionem sicut ad instruendum bellum multæ expensæ & alia præparatoria requiruntur vt not. in. l. pure. ff. de excep. doli & .l. si quādo .C. de dila. cum similibus quæ facile ex falsa causa qs non subibit. Nam taliter absolutus cogitur ante omnia coram iudice docere se enormiter lesum vel vi aut dolo inductum ad iurandum quarum rerum probatio nō ita facile occurrit & ideo dicit Paul. de cast. in consil. cclix. incip. circa primum quæsitum col. fi. in secundo volumine ꝙ ista absolutio ad effectum agendi a principio nō est plena tamen ex postfacto per probationes factas re

ctas repletur, sed exceptio non indiget tot apparatus, cum sæpe in sola negatiua consistit, quæ excludit agentem: quia regulariter excipiens non tenetur sicut agens exprimere causam suæ exceptionis: quia nuda voluntas videtur sufficere ad dandam & cassandam exceptionem, & hoc fauore liberationis: vt dicit expresse Io. de imo. in. c. super hoc. in ii. col. versi. potes etiam. de renuncia. Vnde si iuramentum non esset in medio quod tollit exceptionem facile omnia possent subuerti, nō igitur mirum est si in ista materia absolutionis tam arcta fiat interpretatio, vt absolutio concedatur ad effectum agēdi dumtaxat, & talis interpretatio est fauorabilis religioni & obseruantiæ iuramenti, quibus rationibus fortasse fuit motum cōcilium Lateranen. ad hoc ordinandum. Tamen quicquid sit de stilo penitentiariæ inductum est scientibus & patientibus summis pontificibus q detur absolutio etiam ad effectum excipiēdi, cum actio & exceptio videantur correlatiua, vel saltem respectu probationis equipolentia, Nam sicut actor tenetur probare intentionem suam, ita & exceptionē reus. l. i. &. ii. ff. de excep.

49 ¶ † Et hæc omnia de plano procedunt in absolutione a iuramento, secus tamen est in absolutione a periurio incurso: quia talis absolutio non datur parte non citata: vt concludit Fede. de senis in consil. ccci. & Ancha. consil. cxcviii. prædictum subtiliter. Et hoc non narret iurantem fuisse enormiter lesum, nec tali casu enormis lesio sufficeret: vt conclusit Rota coram R. P. D. Petro Vortio in vna Parmeñ. hoc anno. 1538. mota per decisionem Anto. & Pau. de ca. & aliorum, quos adducit deci. concilii Neapolitani

50 cccxxii. col. fi. † Et licet maior penitentiarius absoluere nō possit de iure a periurio: vt dicit Domi. in consi. cv. in. ii. dubio, neq3 etiam quilibet alius ordinarius: vt dicit Alexā. in consi. xvii. in. ii. col. lib. iii. Tamen maior penitētiarius hoc facit ex speciali priuilegio Sixti & Eugenii.

51 ¶ † Non conceditur etiam per breue dispensatio q vidua possit esse abbatissa, neq3 hoc concedit penitentiaria: quia sm communem opi. dispensare cum corrupta ad solum papam pertinet & denegatur ordinatio: vt dicit Card. post glo. ibi in clemen. attendentes. §. statuimus. in. x. q. de statu monacho. & ante ipsum Calde. consi. iiii. in tit. de offi. vica. & tradunt Moder. in tracta. de beneficio. in. iiii. parte. q. vii.

quibus adde Abb.hoc idem tenentem in.c.cum in cūctis in.iii.col.de electio.& pro ista opi.est tex.in.c.fi.de biga.& tex.in.c.viii.qui cleri.vel mona.quem ad hoc allegat Henricus boich in.c.de biga.& cum ista opi.transit Felyn.in.c.meminimus.in.ii.colū.de accusa.& in.c.at si clerici.in fi.& ibi Moder.de iudi.qui aliqualiter super hoc dubitāt,& ista opi.est communis & vera scd'm quam ita conclusum fuit in casu contingenti in concilio Tolosano: vt patet in eo libro qui appellatur capella deci.ccxcv.

52 ¶ †Limitatur tamen ista conclusio tribus modis vltra praedictos docto.Primo ꝙ non procedat in corrup ta occulta: quia cum tali non solum sacra penitentiaria,sed etiam quilibet ordinarius dispensare poterit sicut fit cum homicida voluntario occulto.Ita limitat Cardi.alexan.in.c.acutius.xxvi.dist.vbi latius loquitur.Secundo fallit nisi de speciali licentia papae: vt dicit Hosti.in summa de biga.§.fi.Tertio limitatur nisi dispensatio fieret citra consecrationem & benedictionem: quia tali casu penitentiaria posset dispensare sicut ordinarius ſm Archid.in.c.indēnitatibus.J.de elec.& ita tenet Lapus,Zenzel.& quidam alii in.d.cle.attendentes.& ſm istam doctri.al's tpe Iulii penitētiaria dispēsauit.

53 ¶ †Datur etiam per breue exemptio ad postulationem patroni petentis hoc in fundatione ecclesiae sed ordinarii,& per consequens maior penitentiarius hoc nō possent concedere: vt consuluit Fede.de senis in consi.ccxlvii.quidam episcopus,licet ordinarii quo ad quaedam possent exemptionem concedere: vt declarat Abb.& Moder.in.c.cum dilecti.de consue.& ita forte posset declarari dictum Ioā.Randiu in tracta.dispensationum.articu.ix.vbi indistincte voluit ꝙ episcopi possint concedere priuilegia exemptionis monasteriis,alleg.c.cum olim.&.c.ex ore.de priuile.& in.c.peruenit.xvi.q.i.Alia pene infinita circa expeditiones breuium,& sacri officii penitentiariae congerere possem,quae consultius omitto ex eo: qa de omnibus latissime scribo in eo libro qui stilus penitentiariae appellatur.

¶ Et haec circa materiam breuium enarrasse exempli gratia sufficeret.Restat modo in hac postrema huius rubricae parte tertia rescriptorum speciem attingere,quae in gratiis concedendis versatur.Verum quia concessionum plures sunt species inter quas gratiae spectatiuae,& mandata de

prouidendo primum tenent locum maiorem etiam ex
perientiam & doctrinam requiruntur q̄ aliæ gratiæ pro
pter varietatem formarum & stilum sępius immutatum
ideo de illis pauca quędam per modum compendij pro
curialibus adnotabo quæ successiuo studio per stationes
quasdam interrupto post redditum meum ab vrbe Pata
uij vbi maior scriptorum meorum pars furto perijt con
gessit.scripseram.n.in hac materia prius longe plura q̄
hic modo dicam, nam antea cōpendiū hoc expectatiua
rum in tres ptes diuisim Cuius prima pars originē ea
effectus ac prerogatiuas continebatS ecunda formulas
mādatorū naturā & vim enarrabat. Tertia pars circa ac
cessus & regressus versabatur in quibus multa de commē
dis & pene infinita de pensionibus miscueram quæ pas
sim in locis vulgaribus non traduntur, verum cum liber
ille vt dixi inter alia plura vigiliarum mearum munimē
ta Patauij perierit.Decreueram me amplius tam ingra
to labore non torqueri, nisi clarissimus ille vir.D.Petrus
Andreas gāmarus ex ordine nostro benemeritus & mihi
multis de causis amicissimus cui partem istorum laborū
abiens dimisseram presto fuisset qui me ad idem onus ite
rum capescendum cohortaretur sic itaq; collegi quasdā
reliquias priorum laborum ex tanta strage relictas quas
apud R.P.D. Sthaphileum inueneram per eundem. D.
Petrum eidem mutuatas qui magno supercilio & vultu
seuero vt moris eius erat restituit nam decreuerat vt ip
se dicebat super dicta materia scribere itaq; ex his & ali
is nouiter fabricatis epilogum quendam confeci non ta
men eo modo quo prius impedientibus iam publicis &
domesticis curis quibus antea scholastico otio fueram oī
no solutus sed solū materiā expectatiuarum & mandato
rum per capita formarum distinguam, ea tm̄ in decem
formulas reducens quę erunt in hac materia rescriptorū
veluti leges decemuirales reliqua curiosis dimittēs. Sed
iam rem ipsam aggrediamur.

TRACTATVS
SIVE COMPENDIVM GRA

tiarum expectatiuarum,ac mandato
rum de prouidendo per q̃ꝫ utile &
neceſſariũ,æditum per Reueren
dum in Chriſto patrem .D.
Ludouicum Gomes Epiſco
pum Sarneñ. ſacri palatii
apoſtolici cauſarum
auditorem.



REVERENDISSIMO AC AMPLISSIMO PATRI Domino Iacobo Simoneta tituli Sancti Apolinaris presbytero Cardinali viro vndecunque doctissimo, Ludouicus Gomes Episcopus Sarnen. sacri Palatij Apostolici causarum Auditor Felicitatem.

EXEGERVNT a me amici plures, amplissime pater, ac saepenumero efflagitarunt, vt epilogū gratiarum expectatiuarum & mandatorum de prouidendo, quem exercitij potius q̄ ostentationis gratia praeteritis annis composueram, in lucem proferem, nec pati vellem tamdiu inter puluerem & vmbras delitescere, ac studiosos hac noui laboris accessione, meque pariter nominis celebritate & gloria, certissimo studiorum praemio fraudari. Considerarem insuper facilem ac lubricum rerum humanarum casum, qui tot excellentes viros, anteq̄ illorum scripta aederentur, memoria rerum gestarum fraudatos immatura morte praeuenit. In qua quidem re quamuis plura animum meum in contrariam sententiam traherent, & a tam immatura & pene audaci editione auerterent, vicit me nihilominus illorum importunitas, cui resistere nec potui nec debui. facile enim vnus a pluribus vincitur, vel suadetur, maluique his optimorum virorum exemplis admonitus amicorum pio desiderio obsequi, quam mihi ipsi satisfacere. Sed cum huic nostro labori acerrimos propugnatores adhiberi necesse sit, qui auctoritate, eruditione, iudicio, dignitatisque splendore, obtrectatorum inuidiae ac maledictis occurrant, venisti in mentem tu pater amplissime vnicum aetatis nostrae praesidiū, qui meritis erga me tuis tanq̄ creditor caeteros anteires, sentis iam quid tibi subeundum sit. Accipe igitur opusculū hoc succissiuis & quodammodo furtiuis horis compositum: quod si abs te probari intellexero, maiora indies tentare conabor, sin minus saltem erit mei erga te amoris, obseruantiaeque argumentum. Vale studiorum columen, & me, vt facis, ama.

EPILOGVS SEV COMPENDIVM gratiarum expectatiuarum, & mandatorum de prouidendo, Incipit.

1 Gratiæ expectatiuæ quando ortum habuerunt.
2 Pontifi. veteres nullas grãs expectatiuas cõcedere solebãt.
3 Episcopis in eorũ episcopatibus ab initio orientis ecclesię attributa fuit plena potestas.
4 Papa cum scribebat pro aliquo beneficiando tribus præcipue literarum formulis vtebatur.
5 Ioannes. xxii. primus omniũ scriptores literarum numero distinxit, & taxas literarum ordinauit.
6 Executoriæ literæ solum sunt in vsu, monitoriæ vero, ac præceptoriæ recesserunt, nisi quando papa pro monia li aliqua recipienda rescribit.
7 Expectatiuarum materia habet in se lac, lanam, pellem, & carnes, in qua tam maiores q̃ minores studiose peccãt.
8 Illius est condere, cuius est destruere.
9 Qui suo iure vtitur ei iniuriam fieri non debet.
10 Pontifices summi non solum causas totius mundi iudicant, sed etiam de omnibus beneficiis disponunt.
11 Papa solus in plenitudinem potestatis vocatus est, vnde omnes ab illo potestatem habent, ipse vero a deo.
12 Papa ex plenitu. ptãtis expectatiuas ad oẽs mẽses cõcedere põt, & collationẽ oĩum bñficiorũ orbis sibi reseruare.
13 Ordinariis episcopis quatuor menses. s. Martium, Iuniũ, Septembrem, & Decẽbrem ad conferendũ quæcunq; bñficia papa cõcessit reseruatis & affectis dũtaxat excep.
14 Qui dat id, ad quod nõ tenet̃, liberalitatem vr̃ exercere.
15 Citatus debet prius coram ordinario comparere etiam si iudex particularis eodem die illum citauerit.
16 Legatus in quatuor mensibus ordinariis reseruatis potest etiam conferre.
17 Nemo potest beneficium aliquod acceptare literis nõ expeditis, nec ante factam fulminationem processus.
Literæ expeditæ in bñficialibus habentur loco tituli. ibidẽ.
18 Episcopus in omnibus mensibus beneficia sui episcopatus conferre posset, nisi prohiberetur.
19 Decreti natura adeo maligna est, q quicquid inuenit, destruit, & in oppositum reddit.

20 Vna dictio pro alia poni solet. (q̄ papa
21 Ordinarij meliores sunt cōditionis in bn̄ficijs vacātib⁹
22 Expressio clausulæ exprimendæ fieri debet in parte dispositiua alias non prodest. (qn̄ dari solitæ sunt
23 Reualidationes gratiarum,& secundę gratię expectatiuę
24 Sermones veriores efficiūt,cū ad idiuidua descendim⁹.
25 In longo opere fas est obrepere somnum.
26 Expectatiuarum & mandatorum variæ sunt formæ.
27 Fortuna bonorum omnium nouerca.
26 Expectatiuarū decē & mādatorū totidē formas facit auctor,quas breuiter descripturus pollicetur, ac eas .s. q̄ originē hn̄t a iure cōmuni,q̄ vero nudi facti assertionem continent relinquens.
29 Prima forma expectatiuæ.
30 Papa qn̄ creat canonicū confert plenū ius ī canonicatu
31 Qua pœna puniātur canonici alteri conferentes præbendam contra mandatum papę.
32 Canonicatus ius quomodo se habet ad prębendam.
33 Quanto quis est dignior,tanto est nobilior & durabilior.
34 Illegitimus dispēsatus nō pōt obtinere canonicatū in ecclia cathedrali pp maiorē pēminētiā q̄.d.canonici hn̄t
35 Canonicus creatus ī ecclesia cathedrali potest esse iudex delegatus a sede apostolica.
36 Beneficium dignum minus digno vniri non potest.
37 Canonicus sine prębenda dicitur canonicus in herbis sicut comes sine redditu.
38 Creatus in canonicū sub expectatione p̄bēdę debet habere distributiōes,vocē in capitulo,& pōt cātare ī coro
39 Conclusio primæ formæ expectatiuę.
40 Licentia ad duo vel tria patrimonialia in Hispania frequentissime solet dari.
41 Canonicus creatus non potest beneficium seruitorium acceptare videas ibi rationem.
42 Quando quis habet gratiam expectatiuā ad largam potest beneficium seruitorium acceptare.
43 Secundæ formulę expectatiuæ declaratio.
Quis nō potest obtinere duos canonicatus in pluribus ecclesiis multo minus in eadem ecclesia ibidem.
44 Nullus inferior,etiam si fuerit legatus potest contra cōcilium,aut iura communia dispensare.

45 Expectans in forma secunda vltra duas præbendas, vna scilicet in qualibet non potest consequi nisi vnam dignitatem vel officium in altera illarum ecclesiarum.
46 Dignitas quæ maior dicatur post pontificalem.
47 Ex quo dispensatur cum aliquo super pluralitate beneficiorum videtur etiam dispensatum super residētia.
48 Papa non intelligitur ita velle præiudicare pluribus, sicut vni.
49 Expectatiuæ tertiæ formæ declaratio.
50 Expectatiuæ quartæ formæ declaratio.
51 Clerici literati quicquid exponunt causa studij, dicitur expositum in vtilitatem ecclesiæ.
Ius canonicum diuinum appellatur ibidem.
52 Ecclesia dei solis magistris nec sola biblia gubernari pōt
Doctores qui res ecclesiæ iuste defendunt non minus merentur q̃ sacerdotes, qui corpus christi conficiunt ibidem.
53 Papa facilius concedit, vt quis sit pluralis in præbendis diuersarum ecclesiarũ q̃ in dignitatibus seu officiis.
54 Expectatiuæ quintæ formæ declaratio.
Distributiones duplicatæ non dantur ei, qui gerit vices plurium personarum, quia seruit loco vnius ibidem.
55 Gratia etsi ad duo incompatibilia data est non ideo censetur dispensatum super retentione vtriusq̃.
56 Distributio, respectu eorum quæ dantur secundum merita & conditionem personæ fieri debet.
57 Valor & summa in gratiis expectatiuis ſm taxationem decimæ non autem ſm communem extimationem consideratur.
58 Literæ in quibus non apparet seruatus stilus communis Ro. curiæ, nec rationabilis cursus cancellariæ, de falsitate suspectæ sunt.
59 Quando papa per literas executorias mandat vt illum, pro quo sic scribit, recipi faciant in canonicum illius ecclesiæ, verba ista quomodo intelligantur.
60 Canonici excommunicati vel suspensi receptionem iuris & facti facere non possunt.
Præsentatio a patrono excommunicato fieri non potest ibidem.
61 Expectatiuæ sexta forma scilicet quando expectans pōt

duo beneficia obtinere, vnum in qualibet collatione
Cura animarum est ars artium & salus animarum ibidẽ.
62 Expectans an poterit in qualibet collatione in ista sexta forma, acceptare duo beneficia, non excedentia summam in literis expressam.
Obtinens tria sufficientia beneficia non dicitur sufficienter beneficiatus ibidem.
63 Septima forma expectatiuæ explicitur videlicet quando gratiæ expectatiuę conceduntur prælato.
64 Turpius eiicitur, q̃ non admittitur hospes.
Multa prohibentur fieri, quę iam facta tenent ibidem.
65 Dispensatio non datur in expectatiuis.
66 Commenda non dat verum titulum in beneficio.
Episcopis vltramontanis non datur expectatiua, & vbi conceditur, beneficia dantur in titulum ibidem.
67 Octaua forma expectatiuæ explicitur, videlicet quando conceditur alicui regulari.
68 Ad hoc vt beneficium regulare dicatur quid sit necessarium.
69 Gratia ad beneficium regulare alterius ordinis conceditur cum translatione.
Expectatiua ad dignitatem conuentualem vel officium claustrale non datur nisi qualificatis ibidem.
70 Gratia ad beneficium seculare non datur monacho nisi cum dispensatione.
71 In vno eodemq; officio non debet dispar esse professio.
72 Nona forma expectatiuæ explicantur quæ pauperibus clericis conceditur.
73 Expectatiuæ pauperibus concessus potius dicuntur literæ iustitiæ q̃ gratiæ quæ quidem & gratiose dici possunt multis de causis.
Frustra precibus impetratur, quod de iure communi cõ conceditur ibidem.
Executores litterarum iustitiæ non debent esse in dignitate ibidem.
74 Pauper obtinens pensionem potest expedire literas.
75 Pensio non dicitur titulus perpetuus & spiritualis & in capitulo .92.
74 Obtinens beneficia vel pensionem .xxiiij. librarum potest in forma pauperum literas impetrare.

77 Habes possessionem beneficij cum titulo, licet possessio non sit pacifica non poterit in forma pauperum literas impetrare.

78 Habens beneficium litigiosum, ita q non recipit fructus potest in forma pauperum impetrare.

Promotus ad episcopatum etiam post adeptam possessionem, si fructus illius recipere non potest, ex eo q alteri debeantur, priora illius beneficia non vacãt ibi.

79 Tria requiruntur, vt quis reperiatur idoneus ad beneficium ecclesiasticum.

80 Petenti aliquid incumbit probare se esse bonum, quia pręsumptio naturę non habet locum, nisi quando quis se defenderet.

Ætas omnis ab adolescentia prona est ad malum ibidẽ.

Vbi agitur de periculo animæ, capitur in dubio sinistra suspitio, ibidem.

81 Boni mores in clerico ante omnia requiri debent.

In anima mala non intrat spiritus sapientiæ ibidem.

82 Literatura in clericis simplicibus & pauperibus non est multum necessaria quo ad deum, nec quo ad mũdũ.

83 Canonici ita debent esse literati sicut nobiles.

84 Ætatis defectus maior est, q̃ morum & ordinum.

Patienti defectum in ætate tempore datæ non prouidetur de beneficio curato, ibidem.

85 Indecorum est, vt hi debeant ecclesias regere, qui non nouerunt gubernare se ipsos.

86 Ætas legitima quę intelligatur, quo ad beneficium curatum, & canonicatum & prębendam.

87 Illegitimi ad beneficia ecclesiastica absq; dispensatione sunt inhabiles.

Collatio beneficij facta periuro vel infami est ipso iure nulla ibidem.

88 Circa homicidium voluntarium cum quibus dispẽsatur.

89 Purus laicus incapax est beneficij ecclesiastici.

Habitus & dispositio animi sufficiũt, quo ad hoc vt quis clericus reputetur ibidem.

90 Miles non gaudet priuilegio militari, nisi ex eo tempore, quo in numeris relatus est.

92 Clerici pauperes extra suam prouinciam locari non possunt, licet hodie ex fauore concedatur cũ derogatiõe.

92 Pensio non dicitur beneficiũ ecclesiasticũ nec spiritualẽ
93 Hospitalia, cum nõ veniant nomine beneficij in gratiis expectatiuarum non cadunt.
94 Beneficium manuale non dicitur proprie ecclesiasticũ.
95 Cũ alicui pvideri mãdatur de beneficio in aliqua ecclesiarũ, ciuitatis, vel dioc. nõ includitur ecclĩa cathedralis.
Prouidendo in cathedrali, prouidetur in ciuitate, sed nõ econtra ibidem.
96 Collatio beneficiorum in ecclesia cathedrali ad episcopũ principalissime spectat.
97 Expectans ad collationẽ decani & capituli ecclesiæ cathedralis potest acceptare bñficium vacans in ea.
98 Dispensatus per episcopum ad bñficia potest obtinere dimidiã portionem in ecclesia cathedrali.
De modicis & minimis non curatur ibidem.
99 Plus & minus non differunt specie.
100 Constitutio penalis dicitur esse fauorabilis & extendenda fauore ecclesiarum.
101 Rote auctoritas magna est apud omnes.
Dispositio simpliciter loquens minima non comprehendit ibidem.
102 Pauperes expectantes quare excludãtur a canonicatibus & alijs bñficijs existentibus in ecclesia cathedrali.
Canonicum esse in ecclesia cathedrali magnus est honor ibidem.
103 Taxa certa in literis pauperis olim non exprimebatur, hodie autem aliter fit.
104 Valor beneficij non computatur respectu vtilitatis, quę habetur in residendo, sed in portatis.
105 Expectatiuæ decima & vltima forma, quę pro pauperibus graduatis conceditur.
106 Possessio decennalis secundum ius commune introducta, de consuetudine sufficit.
Beneficia omnia de iure communi censentur esse secularia ibidem.
107 Taxa beneficiorum exprimitur in pauperibus graduatis & non graduatis.
Beneficij sufficientia secundum qualitatẽ & dignitatẽ beneficiati consideratur ibidem.
108 Idoneitas impetrantis pro pauperibus graduatis non la

quiri mandatur.
109 Mandati de prouidẽdo prima forma explicitur, & est qñ scribitur pro certa persona & pro certo beneficio.
110 Anteferri clausula quid operetur.
Iuris quęsiti regula declaratur ibidem.
111 Habens mandatum in prima forma licet sit conditionale pfertur expectanti habenti gratiam puram.
112 Expectantium ad idem beneficiũ simul concurrentiũ, ex quo habent eandem datam & similes clausulas quis cui preferatur.
113 Differentia inter duas expectatiuas adinuicem concurrentes & mandatum nouæ prouisionis quando concurrit cum expectante.
Generi per genus non derogatur ibidem.
114 Mandata de prouidẽdo ambo specialia, ad idem corpus beneficij concurrentia præualet primum in data.
115 Reseruatio nulla expressa vel exprimenda in prouisionibus per obitum signatis consueuit cassari.
116 Mandati de prouidendo secunda forma est quando scribitur pro persona incerta, sed sup beneficio certo.
117 Obtinens sibi prouideri de beneficio, tpe vnionis non vacãte, cũ clausulis anteferri & non obstantiarum, an debeat pręferri obstante mandato vnionis.
Vnio potest fieri de beneficio nondum vacante ibidẽ.
118 Differentia gratiæ vnionis fiendæ & mãdati de puidẽdo.
119 Collatio, quę fit impetrãti bñficiũ in titulũ, ẽt si fiat vigore reseruationis papalis, non impedit vnionem respectu proprietatis beneficij.
120 In mora non longi temporis modicum est pręiuditium.
121 Mandati de prouidendo tertia forma explicitur. s. quãdo inscribit pro certa persona & de incerto beneficio.
Res facilius renascitur, q̃ de nouo nascatur ibidem.
122 Inter mãdatũ de puidẽdo, & lr̃as facultatis q̃ sit differẽtia
123 Ius idẽ debet esse de termĩo, qd̃ de via q̃ ducit ad terminũ
124 Quis cui præferendus sit prouisus auctoritate mera apostolica, an nominatus per literas facultatis.
125 Iura spiritualia per papã in laicũ translata nõ sunt vt fun data in ipso, sed vt ministro & agente papę.
Is facit cuius nomine fit ibidẽ. (tates reseruatas,
126 Reges vigore idulti an possint noĩare ad pbẽdas vł digni

127 Nominatus per regem an preferri debeat nōīato per re
ginam, cum vterq; illorū consimilia habeant indulta.
128 Nominati per reges an preferantur scriptoribus apl'icis.
129 Mandati de prouidendo quarta forma est, quando datur
executor ad prouidendū post negligentiā ordinarij.
Ordinarius semel exclusus non potest vlterius variare
ibidem.
Episcopus cum semel nominauerit, iterum nominare
non potest ibidem.
130 Mandati de prouidendo quinta forma, & est quando da-
tur executor ad prouidendum in euentum alicuius
conditionis.
131 Impetrans in forma speciali, præfertur illi qui impetra-
uit in forma pauperum in beneficio vacante ante pu-
rificationem conditionum.
132 Mandati de prouidendo sexta forma & est quando datur
executor ad prouidendum iuxta formam literarum le
gati, per papam in forma speciali confirmatarū.
Beneficium de iurepatronatus laicorum de iure cōmu-
ni reseruari non potest.
Solus papa potest sanare nullitates prouenientes a iu-
re positiuo, ibidem.
Mandatum legati non potest necessitare canonicos, ad
recipiendum aliquem contra statuta ecclesiæ ibidem.
133 Mandati de prouidendo septima forma & est quādo mā
datur executori, vt illi pro quo scribitur prouideat de
canonicatu primo vacaturo.
Executor non potest reseruationem facere super certo
beneficio nondum vacante, ibidem.
134 Mandati de prouidendo octaua forma & est quando da
tur executor, vt compellat ordinarium, ad faciendum
quod sibi mandatur.
135 Executor an differat, ab eo qui datur ad compellendum.
136 Noua constitutio non ligat nisi post duos menses.
137 Ministerium nudum simplici clerico potest demādari.
138 Mandati de prouidendo nona forma est executorum, qui
dicuntur mixti.
Executor ante presentationem literarum nihil facere po
test, ibidem.
Datus ad prouidendum debet esse qualificatus ibidem.

139 Executoris meri sententia non appellatur. ¢gnioris
140 Cõpositũ ex duob⁹ simplicib⁹ assumit naturã sĩplicis di
141 Patronus laicus propter clericum compatronum habet sex menses ad presentandum.
142 Executores huiusmodi gratiarum an possint committere exequutionem aliis faciendo subexecutores.
143 Laicis de rebus spiritualibus nulla est attributa facultas
144 Subexequutores sub qua forma deputantur.
145 Labor improbus omnia vincit.

GRatias Expectatiuas post annum .1150. ortũ habuisse, ex eo manifestam
1 coniecturam capimus: †Quia cum circa ea tempora decretum Gratiani compilatum fuerit, vt Archiepiscopus Florentinus in tertia parte historiæ, titulo .xviij.c.vi. auctor est sequutus in hoc glos.in.c.post appellationem .§. forma.ii.q.vj.in eo tamẽ libro tales gratiæ nõ habentur, Nec inter decretorum canones meminit Io.Andr.se legisse, tales literas fuisse aut concessas aut impetratas quia tempore decretorum papa nunq̃ grauabat ordinarios dicit Io.and.in.c.duobus de rescript.li.vi. in nouella. Et hoc idem affirmat Abb.Panor. in.c. mandatum col.fin.
2 eo.tit.†Nam consueuerunt veteres illi summi pontifices Christianæ religionis patres nõ solum nullas gratias expectatiuas, sed (quod est magis mirandum) gratias de vacantibus raro, & cum difficultate concedere, vt dicit Io.And. in rubrica de conces.præben.in addi. ad spe-
3 cul.† Ea, vt opinor, ratione, quia ab initio orientis ecclesiæ, plena potestas omnium huiusmodi iurium episcopis in eorum episcopatibus fuit attributa, vt notat Innocen. in.c.postulasti de iur.patro.glos.magna, in .c. quanquã de electi.lib.vi.cum alijs concordan.de quibus per Abb. in disputatione Augerio in secundo dubio principali.in secunda col. versi. secundo probatur, & in .c.cum olim in secunda colum. de ma. & obe.& in .c. secundo in secundo notabili de resti.in integ. Et ob eam causam non facile grauabant eosdem ordinarios arg. tex. in .c. peruenit .xi.q .i. Hinc est, quod de ista materia in decretis non fit mentio. Sed deinde successu temporis summi põtifices inceperunt expectatiuas dare, parce tamen, & cu-

rialiter, vt notat Abb. in .c. constitutus in primo notabili de rescript. Nam vt dicit ibi Abb. & in .c. mandatum co lum. pe. eo. tit. cum papa scribebat pro aliquo beneficiando, tribus præcipue literarum formulis vtebatur & tūc
4 cum magna circunspectione † Nā vtebatur illo moderamine videlicet quatenus pro alio non scripserimus vt dicit Domi. in .c. duobus col. fi. de rescript. lib. vi. primo enim concedebat monitorias, quibus ordinarium collectorem monebat, vt illi pro quo papa scribebat, prouideret, per quas quidem monitorias potius videbatur acquiri ius ad rem q̄ in re vt tradit Pet. de Ancha. in .c. literis de rescrip. & hoc videtur probari in .c. dilectus de præben. & ibi not. idem Pet. Solum enim videtur inducere monitionem de cōgruo vt patet quia illis ordinario præsentatis si monitoriis literis non parebat, secundo loco papa dabat præceptorias: Deinde si ordinarius illas etiā negligebat, executorias literas concedebat, per quas executor loco papæ deputatus, compelleret ordinarium. Per istas tamen tres species literarum non tribuebatur ius in re in beneficio, vel ad illud, sed solum dabatur facultas implorādi officium iudicis id est executoris: quia ius in re acquirebatur p receptionē, auctoritate papæ factā vt dicit specul. tit. de acti. & petitio. §. iiij. in princip. & inferius dicetur. Et iste modus expectandi beneficia promiscuus erat,
5 † & sine aliquo ordine, donec Ioan. vigesimus secundus primus omnium per regulas suas rem in ordinem redegit, scriptores literarum numero distinguens, & taxas literarum ordinans. Deinde Benedictus Duodecimus, & Gregorius vndecimus, hoc domesticum peculium magis auxerunt, vt auctor est Polydorus. lib. viij de inuentio. rer. c. ij. A quibus veluti ab antesignanis posteriores omnes pontifices, regulas suas expectatiuarum veluti per manus acceperunt, plura addendo, & formas varias inducendo, vt ex lectione Regularum cancellariæ & plurium extrauagantium colligere possumus. Modernis tamen temporibus, sublatis illis antiquorum formu
6 lis solum executoriæ literæ sunt in vsu, † vt dicit Io. de Imola in .c. capitulum, in secundo notabili: & Andr. siicul. in .c. eam te per illum tex. in tertio notabili de rescri. monitoriæ vero, ac præceptoriæ recesserunt ab aula, nisi

eo tantum casu, quo papa pro moniali aliqua recipienda rescribit, vt dixit Abb. post Ioan. Andream in.c.ex insinuatione de rescript. Et probatur in.c.cum dilecta eo. titulo, vbi etiam vnum aliud est notandum ꝙ quando papa scribit dictis monialibus vocat eas dilectas in christo & eodem modo vocat reginas vt ibi notat ex illo tex. Io. de Imol. & Andr. sicul. & ante ipsos hoc dixit specula. in titulo de rescrip. pręsentatione. §. ratione formę in prin. qui ad hoc alleg. d.c.cum dilecta & ad hoc speculato. allegat Io. Andr. & Imo. in.ij. proœmio decretalium incip. Gregorius in.ij.col. vbi dicunt ꝙ nullis alijs q̃ abbatissis monialibus & reginis diriguntur prędicta verba in christo sicut hodie nullis alijs diriguntur literę monitorię vel prœceptorię q̃ prędictis & licet Car. in. d.c.ex insinuatione dixerit se non vidisse hoc seruari in receptione alicuius monialis, non tamen ex hoc infertur ꝙ non ita fiat quia ipse non viderit pręsertim cum sit tex. de hoc clarus in.d.c.cum dilecta tenenda est igitur ista opi. ꝙ solę executorię hodie sunt in vsu quæ adeo iam inualuerũt quod videntur ad instar pluuiæ ex vbertate sedis Apostolicæ emanantis: quæ in dies magis germinant, quam herba grammínea, in graue ordinariorũ collatorum damnum, & præiuditium. Ex concessione enim earum innumera pene incommoda suborta sunt ĩ ecclesia Dei, quę sigillatim numerantur in cõcilio Basiliensi sub titulo, de collationibus beneficiorum cess. xxxj. Adeo enim expectatiuarum creuit vsus, quod regulæ antiquorum pontificum nihil fere aliud, quam expectatiuarum ordinationes continebant, 7 † Nec mirum, quoniam hæc materia expectatiuarum, & beneficialis, secundum Alberi. in verbo præbenda. habet in se lac, lanam, pellem, & carnes id est abundantiam temporalium. Et ideo non ab re, varia in ea iura fuerunt cõdita: plures etiam quęstiones orte quotidie. Ex quibus quia practici multa lucrtuãr in curia Romana & alibi, istam materiam studuerunt, & student: quę longe plus dilatata est quam materia de pœnitentijs, & similes, & papa cardinales, & religiosi etiam pauperes, & clerici seculares in hac materia studiose peccant continue. Hæc Albericus. ni mirum igitur, si dixerũt moderni mediolanen. in.c.j. in.ij. col. de electio, quod ꝑpter istas

in ea. ad honorem de aucto. & vsu pal. hinc est, quod episcopi in suis diocesibus vices papæ gerunt, vt dicit Archidiaconus in tract. de hæresi. c. insuper sciendum. Quem refert, & sequitur Gaspar de Perusio episcopus frequentinus doctor antiquus in tract. reseruationum fo. j. & omnes prælati de mundo habent potestatem a papa, ipse vero a Deo, vt dicit Guliel. de monte lau. in sacramentali, post Ioan. Andr. in capitulo cum ex eo ad fin. de pœn. & remiss. & sequitur Stepha. de Gaieta latius in suo etiam sacramentali fol. ij. ex quibus potest resolui illud, quod dicebam ex dictis Imol. in dicto capitulo postulasti, quod licet papa in beneficialibus, in quibus habet liberam & plenissimam potestatem iuxta capitulo secundo de præben. lib. vj. a principio concesserit totam potestatem alteri disponendi, ex quo tamen maiorem apud se retinuit, potuit ex certa scientia immutare, vel limitare in aliqua parte totum illud, quod concessit, prout postea fecit: quia in hoc videtur vsus iure, & facultate sibi data a Deo, & ab inueterata ecclesiæ primitiuæ consuetudine, vt dicitur in dicto capitulo secundo ex quo doctores inferunt, non solum papam iurisdictionem conferendi datam posset in parte limitare & ad certum tempus restringere, sed etiam de iure etiã non data, aliqua negligentia ordinariorum omnia beneficia mundi conferre, vt dixit Abbas in capitulo quia diuersitatem in. v. notabili per illum textum de conces. præben.
12 † & per consequens concedere poterit expectatiuas ad omnes menses, & non solum vnam ecclesiam cathedralem collatione priuare, & a potestate episcopi totaliter eximere: sed etiam collationem omnium beneficiorum orbis sibi reseruare, vt dictum est. Et de primo dicto est doctr. Bal. in capitulo ꝙ translationẽ de offi. lega. & docto. in. c. j. ne sed. vac. & in alijs locis cõgestis ꝑ modernos Asten. in consil. liiij, & quod fortius est, non solũ ea, quæ sunt sui apostolatus, potest papa infeudare, sed oẽs res, quæ sunt aliarum omnium ecclesiarum, vt latius tradunt moderni Bononi. in consi. ij. & posito inter consilia Bruni in. vi. col. & ipse idem in suo. j. consil. post Bal. in. c. j. in princ. qui feu-da pos. Verum cum hæc omnia legitime papa possit facere, non tamen concessa vti

voluit potestate: sed vrbanius agens, iurisdictionem, & potestatem suam omnimodam cum ordinarijs episcopis partitus est eis concedens per suas regulas cancellariæ
13 quatuor menses, † videlicet Martium, Iunium, Septembrem, & Decembrem, a die datæ expectatiuatum computandos, ad conferendum quæcunq; beneficia, reseruatis, & affectis dumtaxat exceptis: reliquos octo menses sibi reseruans, in quibus ordinarij propter decreta, & inhibitiones regularum, & expectatiuarum cōferre prohibētur, iuxta cle. primam. §. secus de concess. præben. & talis mensium partitio facta per regulam faciem habet honesti. quia conueniens, & rationabile videtur, quod Papa, qui est dominus, & creator, vt dixi, beneficiorum, & habet plenissimam potestatem eorum omnium, quæ sunt sub cœlo, vt dicit Bal. in proœmio Gregoriano, propter eius maiorem potestatem, sibi partem maiorem mensiū retineret. arg. c. si a sede de pręben. lib. vi. & in alijs qua-
14 tuor mensibus cōcurret cum ordinarijs. † Nam qui dat id, ad quod non tenetur, liberalitatem videtur exercere, vt tradunt moder. in. c. relatum de præben. post glo. ibi & est text. notabilis in cle. si dominum de reli. & ve. sancto. & in. c. j. de dona. Dedit igitur potestatem ordinarijs in illis quatuor mensibus accumulatiue, non autem priuatiue. Itaq; erit locus præuentioni, vt dicit Io. Monach. in. c. si eo tempore de electi. lib. vj. de quo Bal. meminit in. c. primo. in princi. qui feu. da. poss. Et in hoc consistit potestas ista accumulatiua: quia si papæ collatio in illis quatuor mensibus erit anterior collatione ordinarij, illa prævalebit. Sicut in simili dicit glo. notabilis in. c. j. de
15 inuesti. in marit. fact. † Quod si iudex feudi, qui est iudex particularis, citat aliquem, & iudex ordinarius vniuersalis citat eundem, non solum si ordinarius pręuenit, debet citatus prius coram eo comparere. Sed quod notabilius est in dubio quando vtraq; citatio est facta eodem die, debet citatus prius coram ordinario comparere. Ita est ibi glos. quam pro singulari notat Cardinalis in. c. super literis de rescript. & Andr. Sicul. in rub. de offi. de lega. & in. c. studuisti numero. 45. de offi. lega. & alibi sæpe & ista dignitatis & potestatis prętogatiua non solum ha-
16 bet locum in papa, sed etiam in legato, † qui eius vices

gerit

gerit, qui etiam potest in. iiij. mensibus ordinarijs reser-uatis conferre, & erit etiam locus præuentioni prout in vna causa iudicarunt Domini, vt refert. D. Pet. And. Gãmarus auditor in tract. legati lib. iij. q. iij. & ita nouissime reperio consultum per. D. Francis. de Ripa virum doctissimum in lib. i. responsorum cap. xv. per plures rationes de quibus ibi per eum. Non obstante quodam consil. Soci. cclx. qui tenebat contrarium ratio illius decisionis fuit, quia ex quo legatus non poterat in mensibus Papæ concessis, expectantibus prouidere, ne eluderentur ex-pectantes, frustarentur, & deciperentur, auctoritate sedis apostolicæ fuit visum, legatum posse in reliquis illis quatuor mensibus prouidere, & cõcurrere cum ordina-riis, sicut papa, cuius personam legatus representat nẽ potestas legato concessa videretur inanis vacua & sine aliquo effectu. Et ista, quæ dicta sunt, procedunt, quando papa scienter prouidet, & hac intentione, vt prçiudice-tur ordinarijs, secus vero in dubio. Vnde si infra illos quatuor menses, vel in aliquo eorum concurreret data expectatiuarum, & fulminatio processus, non propter hoc censeretur derogatum illi regulç, quatuor mensiũ ex quo per prius virtute illius fuit prçseruatum ius ordi-nariorum, quo casu concessio principis subsequens, vi-detur facta sine præiuditio illorum, iuxta ea, quæ notat Fely. in. c. causam, per illum tex. de rescript. & in. c. sup eo. de offi. dele. solet enim semper capi interpretatio in eam partem, vt minus præiudicetur ordinariæ iurisdi-ctioni, vt est tex. notabilis in. c. ij. de religio. domi. quem habui in punctis disputationis secretæ auditoratus mei a Reuerendis Dñis meis coauditoribus die. xvj. Iunij. 1525. Nã vt dicit ibi glo. ecclesiasticus, ordo cõfuditur, si epis iurisdictio data non seruatur. c. peruenit. xi. q. j. vt dixi late in. c. j. post glo. ibi de resc. & pdicta pcedunt, et si gra tia principis fiat motu pprio, vt tradit Ias. in. l. si mihi, & tibi. §. i legatis. i. ij. lec. ff. de leg. j. & latius decl. in consi. cclxxxxij. col. j. vt dixi i regula cãcellarie de iure q. nõ tol. in. Vij. q. & hæc ratione idẽ erit dicendũ in expectatiuis, q solẽt cõcedi motu pprio, vt dixit Io. An. in. c. si motu p prio de pben. li. vj. post alios, quos refert Ab. in. c. j. i. xij. col. versi. argumẽtũ optimũ de iudi. pp rationẽ glos. posi.

tæ in vltima parte regulæ prærogatiuarũ Iulii. Ex quibus infertur, ꝙ fulminatio pceſſuum in expectatiuis Domini noſtri papæ Pauli.iii.quæ fuit facta die.1.Ianuarii.1537. non debet trahi ad datam expectatiuarum, quæ fuit Kal. Septem. Ex quo ſequitur iſte magnus effectus, ꝙ collationes ordinariorum, quæ factæ fuerunt a Kal. Septem. vſq; ad Kal. Ianuarii, valent, & tenent, per ſupra dicta, & per re

17 gulam, quæ diſponit, † ꝙ nullus poſſit acceptare aliquod beneficium, vel illud aſſequi, literis nõ expeditis, nec ante factam fulminationem pceſſus: quia gratia principis ante confectas literas eſt informis, & imperfecta. Et ideo ante expeditionem literarum valet prouiſio ordinarii, quæ nõ valeret literis expeditis, ex eo, qa gratia papæ per cõfectionem, & expeditionẽ literarũ perficit: & quæ in vtero erat, per expeditionẽ literarũ, in mundum pducitur. Et deinde per dationẽ certorum executorum roboratur, & quodam modo pubeſcit, iuxta deciſi.cccclviii.incip.cum fm.in nouis. Hinc dicitur, ꝙ in beneficialibus literæ expeditæ habẽtur, loco tituli, vt no. Cõpo.in.c.conſtitutus.ad fi. de reſcri. & Io.an.in.c.i.de lit.conteſta.lib.vi.Fely.in.c.in noſtra.in verb.titulus de reſcrip.& Milis in verſi.gratia. Et ideo ſolet per vnã bullam inhiberi bullatoribus, & aliis officialibus, ne literas ſuper gratiis expectatiuis, anteq̃ pceſſus deſuper decreti fuerint, aut fulminati, partibus tradere præſumant. faciũt ad hoc no.per Archi.& Io.an.in proæ.lib.vi.& per Dominos de Rota deci.cccxxxii.incip.licet Ro.cu. Cum ergo expeditio literarũ, & fulminatio proceſſus in gratiis expectatiuis Pauli fuerit facta Kal.Ianua.certe vr̃, ꝙ beneficia, quæ in antea vacauerint, et in menſe Apoſtolico potuerunt valide cõferri per ordinarios. Ex quo illa expectãtes tunc acceptare, ſeu aſſequi non valuerũt, vt dixi. Nam licet papa ſit generalis ordinarius orbis, quoad beneficia,

18 † ep̃s tamẽ eſt etiam generalis ordinarius epiſcopatus ſui, adeo, ꝙ poſſet cõferre in oĩbus menſibus, niſi phiberetur, vt dixi, qa eſt prordinator in cunctis, vt dicit deciſi.clxvii. incip.de collatione.&c.in no. Et tenẽdo hanc partem põt dici, ꝙ non obſtat decretũ irritans appoſitum in dictis gratiis expectatiuis, per quod decernit irritum, & inane &c. Quia reſpondetur, ꝙ illa verba reſtringuntur ad habilitatem literarũ, quaſi dicas, ex nunc, id eſt, literis expeditis, &

decreta fulminatione processuum,& non antea, qñ literæ sunt adhuc informes,& inefficaces. Recipiũt igitur verba illa decreti restrictionem de habilitate.argu.l.vt gradatim. ff.de mune.& hono.& eorum,quæ not.Bart.& Moder.in l.i.§.nunciatio.ff.de ope.no.nun.facit glo.in.c.i.de cõst. in verb.oĩbus.& in.c.dilecto.de sen.excom.lib.vi.Et quod eleganter scribit Do.consi.cxxxiii.in.iiii.col.vbi dicit,ꝙ decretum appositũ in gratia non afficit,nisi beneficiũ cadens in illa:quia intelligitur modificatum ſm modificationem gratiæ.Pari modo potest dici in isto casu,vt tale decretum expectatiuarum dicatur esse potens,& habile ad producẽdum suum effectum,stante potentia,& habilitate literarũ, quoad earum effectus, acceptationis scilicet, & similium. Nec fulminatio, quæ postea sequuta est, retrotrahitur ad datam literarum,stantibus collationibus ordinariorum,c. quamuis,de rescrip.lib.vi.cum aliis,de qbus supra. Et pro hac parte inclinant multi in casu,qui iam est in facto,licet nonnulli teneant contrarium,quoad beneficia, quæ vacarunt de mense Octob.vsꝙ ad Kal.Ianua. Quia cum prædicti menses sint Apostolici,licet expectãtes ante fulminationem ꝓcessuum non potuerint acceptare,per rõnes, & motiua,de qbus in parte affirmatiua:tamen ſm eos,ligatæ erant manus ordinariorum in dictis mensibus Apostolicis pp decretum appositum in gratiis hmõi. Quod quidem decretũ licet medio tpe nullum attulerit cõmodum expectantibus,impediunt tñ ordinarios in mẽsibus Apostolicis a data ꝑdictarum literarũ.Hæc est.n.natura decreti,qa per illud vr̃ superior habere pro illicito,& nullo,quicquid fieret in cõtrarium ſm Panor.in.c.dilecto.in.iiii.col.

19 de præben.†Nam est tã malignantis naturę,quod qcquid inuenit,destruit,& in oppositũ ducit:vt habetur in dec.i.vt lit.pen.in antiquo.Præsertim qa in quacunꝙ dispositione decretum vr̃ dare formã,ſm Bal.in.l.i.ff.de lib.& posthu. & sequitur Fely.plura ponẽs in.c.cum accessissent de consti.& in.c.cum dilecta.de rescri.Et factum contra formam est nullum ipso iure.vulg.c.cui de non sacerdotali.de prebend.lib.vi.Tñ vtcunq; sit,in isto conflictu rationum, inclinarem ego magis in primam partem affirmatiuam, in fauendo collationibus ordinariorum,quæ sunt fauorabiles, & ampliandæ:vt dicit glo.in.c.primo in verbo processus.

rię concernant eorum collationes, &c. Nam si nemo ex pediret gratiam expectatiuam ad collationem alicuius ordinarij, ille posset conferre in mensibus etiam aposto licis. Nam nihil est, quod impediat, cum habeat manus li beras, & per nullam reseruationem, aut decretum, seu aliquas literas papales impeditas. Nam de iure commu ni potestas ordinariorum in conferendis beneficijs suae rum collationum non reperitur limitata, seu restricta ad certos menses. Sed quandocunque contigit vacare, ea conferre possunt, dummodo non differant per sex mẽ ses, iuxta dispositionem concilij Lateranensis. c. licet de
21 suppl. negl. prala. & in. c. nulla de concess. praeben. † & in hoc meliores sunt conditionis, quam Papa, qui si benefi cia vacantia in curia non conferat infra mensem a die vacationis numerandum, illi, ad quos collatio pertinet, possunt illa conferre. c. statutum de praeben. in. vj. licet ille tex. non habeat locum, quando papa etiam reseruas set illa post mensem, prout fecit Bonifacius, per suam ex trauagantem, quae incipit, piae sollicitudinis, & Io. vige simus sects per aliam, quae incipit ex debito. & hodie in distincte ordinarius non posset cõferre, si verũ est, quod vulgo dicitur per dictam extrauag. piae, illud. c. statutum fuisse reuocatum, vt dicit decisio. ccvij. incip. licet iuxta ordinationem in no. & Gemi. consil. lxxviij. tamen su per hoc dubitant moderni Perusini in nouo tract. reser uationum in prima parte in. vj. effectu vbi multis ratio nibus probant. d. c. statutum non fuisse reuocatum, re spondens ad. d. deci. & alia allegata. Et tenẽdo illam opi nionem, assumptum superius factum subsisteret, de quo aliquid dixi in regula de triennali in illa. q. de reseruatio ne facta in curia, & quod dictum est superius de mensi bus apostolicis, idem, & fortius dicendum est in mensi bus alternatiuis, aliquibus ordinarijs concessis qui non stantibus ibidem expectatiuis habent omnes menses ad conferendum, licet alternatiuis mensibus conferant, in quibus pari modo nõ est locus expectatiuis, nisi illis spe cialiter in eisdem derogetur, faciendo mentionem de mensibus alternatiuis in parte dispositiua gratiae, iuxta no. in. c. j. & c. cũ ordinẽ de rescrip. & videtur expressum
22 in cle. j. §. fi. de praeben. vbi probatur, † quod expressio

clausulæ exprimendæ fieri debet in parte dispositiua ali
as non prodest. Ad quod etiam facit, quod scribit Lap.
allega.xv.iuxta meum ordinem, & .D. Anto. in .c. cum
nostris de concess.præben.de clausula, amoto quolibet
illicito detentore &c.& Fely.in.c.in nostra in .xj.& latius
in.xxxvi. corr. de rescript.& declarat notabiliter gemi-
nia.in consil. lxxxvj. tamen circa hoc non audeo firma-
re pedes, propter illa, quæ dico in regula, de quatuor mē
sibus. Et scripsit super hoc latam decisionem. D. Gulielmus
quamuis de prædictis nihil attigerit.

23 ¶ † Vlterius non omitto vnum, quod licet tempore Iu-
lij non darent reualidationes gratiarum, neq; secundæ
gratiæ expectatiuæ, tamen tempore Leonis, & Clemen
tis contrarium vidi obseruari. Et ideo quando gratia se-
cunda expectatiua in se habet ad instar descriptorū, vel
aliquam dispensationem, tunc ponitur data isto modo:
& sub data currenti, quæ perinde valeat, ac si sub data ka
len. Septemb. literæ expeditæ fuissent attento, q; aliam
gratiam expectatiuam a nobis non obtinuit. Quando
vero nō habet ad instar, videlicet dispēsationē, tūc semp
dicitur, & sub data kalen. Septēb. Pont. nostri. Anno &c.

24 ¶ † Et quia vt inquit Philosophus veriores efficiuntur
sermones nostri, cum ad indiuidua descendimus, quem
refert Andr. Sicul. in consil. iiij. illud offeram &c. col.j.
lib.iiij. Ideo expeditis euidētioribus, quædam particula-
rius circa istam materiam expectatiuarum, & mandatorū
de prouidendo per exempla, & formulas quasdā dispo-
nam: in reliquis referendo me ad ea, quæ dicam in regu
lis expectatiuarum, quæ hic non scribam ne dos debita
illis subtrahatur. Non q; sperem in singulis satisfacere.

25 † Nā in longo opere fas est obrepere somnum, vt Flacus
ait. Præsertim cum iste labor humeris meis sit longe im-
par. sufficiet igitur mihi in magnis voluisse, & primos (vt
inquit ille) ædere vagitus. Reliquum supplebit posteri-
tas magis docta, quę facile inuentis addet meliora. Inte-
rim vero si quid minus accurate dixero, veniam prome-
rebor, dum in tantis occupationibus ista tentauerim.
Sed iam rem ipsam aggrediamur.

26 ¶ † Varias apud antiquos iuris peritos, p̄sertim cācella-
rię ap̄licę abbreuiatores legimus expectatiuarū, ac māda

torum formulas, quarum aliquas succincte attigit Hieronymus Paulus Hispanus noster, & antiquus literarũ apostolicarũ corrector, in eo libro, qui vulgo practica cancellariæ apl'icę appellatur, vbi licet multa vtilia obseruauerit, ĩ multis tamen defecit: & ea, quæ notatu sunt digna plerũq; nuda, & sine authoritate, vel ratione dimisit. Deinde do. Io. baptista de. S. Seuerino, vulgo Caccialupus appellatus, super ista materia aliqua notabilia collegit, in quodam epilogo, quem fecit de notis gratiarum, licet præuentus morte, vel propter occupationes imperfectum, & sine aliquo ordine reliquerit. Postremo memorabilis vir Laurentius Puccius Cardinalis sanctorum Quatuor, qui in hoc genere laboris ætatem consumpsit, & reliquos omnes superauit: & in qua materia, vt ipse tunc mihi auditori suo referebat, plus q̃ ducenta millia ducatorum lucratus fuerat. Longe plures gratiarum formulas congessit, fortassis plures, quam Sybillæ folia: & ea per formularia, & paraphrases dimisit, ad quę perlegenda non sufficeret vita hominis. Non tamẽ habuerunt suam decoctionem: nam dum animum ad componẽdam illam rerum sarcinam, & immensam formularũ syluam applicare cõstituit: iam negocia sedis apostolicæ grauiora tantum virum obruerant, quibus factum est, vt machina illa formularum, nuda sine authoritatibus iuris, vt decreuerat, manca, & ieiuna remanserunt. Cogitauerat tamen aliquãdo summus ille vir, vt dicebat, se velle receptui canere, & per ætatem excusationem petere, & totam illam congeriem ad quoddam breue compẽdium, quod manuale abbreuiatorũ nuncupabat redigere.

27 † Sed vt est bonorũ omniũ fortuna nouerca, acres illos, & illustres cogitatus, ac librorũ immẽsam seriẽ, calamitosa vrbis direptio, ac deinde inuida mors interrupit, & penitus absumpsit, adeo vt vix vnus, vel alter liber superest. Et ideo ego ne per mediũ ꝓfundum, vt ita loquar, incedere videar, & opus quasi desperatum, vitę lapsu imperfectũ dimittam, vt præfatis contigit, cõstitui apud me ipsum ex cõgerie adnotationũ mearum

28 † decem formulas in totũ deligere, decẽ concernẽtes gratias expectatiuas, & totidẽ mandata de prouidẽdo, quas R. D. V. recipere dignabitur, veluti decem illa talenta, quæ in Euangelio Lucæ. xix. fidelis ille seruus obtulit. † Et thæ qdem decẽ formulæ, breuiter, & succincte a me describent,

& necessaria ad alias formas infra dicẽdas. Et deinde quædam particularius erunt circa istam formam adnotanda, quæ non erunt communia cum alijs, sed eam tantũ concernent.

30 ¶ † In primis igitur illud meminisse oportet, ꝙ Papa quãdo creat canonicum, confert plenum ius in canonicatu, sed taliter creatus non dicitur consequutus ius in præbẽda, sed ad præbendam, vt in.c.fi.de conces. præben. lib. vj. Adeo quod propter illud ius potest euincere præbendam alteri collatam tanquam sibi debitam agendo, vt possessori auferatur, & sibi conferatur, vt tenet Io. Andr. & Domi. in.c.si soli. de conces. præben. & Inno. in.c. inter cæteras de præben. & formam petitionis scribit spe-

31 cul. tit. de actio. & peti. §. iiij. † Et qua pœna puniantur canonici, alteri conferentes prebendam, ponunt doctores in.c. statuimus de ma. & obed. & habetur in.c. dilectus el ij. de præben. Redeundo igitur ad propositum, dico ꝙ per creationem in canonicum non solum Papa dat ius in canonicatu, sed facit verum canonicum, licet expectet præbendam, adeo, quod interim posset capere distributiones quotidianas, vt tradit Io. Franc. Paul. rotæ auditor in tract. de sed. vacan. fol. xj. col. iiij. post Inno. in c. cum. m. de consti. & Bal. in Margarita in versi. canonicus versi. ij. & in.l. fi. in. fi. C. de alluuio. sequitur Io. firmianus in tract. de episcopo in. iij. parte primi lib. nu. xxij. Nam per creationem canonici acquiruntur ea, quæ sunt diuini, & ecclesiastici officij, sicut cantare in choro, & alia similia exercere. c. dilecto de præben. adeo ꝙ poterit dare vocem in electione episcopi licet non habeat præbendam vt dicit Innoc. in. d. c. cum. m. & sequitur firmianus in. d. tract. Et in ista creatione canonicatus tãtum confertur quoddam ius spirituale, & incorporeum, quod non

32 cadit in laicum, sicut præbenda. † Nam habet se ius canonicatus ad præbendam, sicut anima ad corpus. præbenda vero, quia est quid mere temporale, potest cadere in laicum, considerando eam de per se: sed quando est annexa canonicatui, habet se ad canonicatum, sicut corpus ad animam vt in.c. si quis obiecerit. iij. q. iij. & tunc dicitur ius spirituale, ratione canoniæ, cui est annexa. Et dicitur ius spirituale indiuiduũ, vt est tex. notabilis in.c.

dilecto,de præben. Et tunc habent inter se coniunctionẽ, tanquam anima,& corpus,vt dixi, vel vt dicit Cardinalis in clemen.finali.q.xv.de præben.ꝙ habet se præbenda ad canoniam,tanquam filia ad matrẽ,& est decisio. ccccxxvi. & Bisign.decisio.xi.titulo de concessio.præben.& tradunt Moderni post glo.& Abb.in.c.cum.m.de constituti. & in c.maioribus.de præben. Et licet ita sit canonicatus, tamen
33 quia se habet vt anima,dat ius magis firmum.†Quia quãto quis est dignius,tanto est nobilius,& durabilius: vt not. in.c.quædam.de iure iurando. Hoc patet,quia sicut anima sine corpore durat,corpus vero sine anima dissoluitur: ita & canonicatus sine præbenda operatur in canonico plures effectus iuris,quos præbenda non inducit. Primus effectus potest considerari vltra prædicta: quia videmus,ꝙ creatus in canonicum,dicitur habere quãdam singularem præeminentiam inter cæteros inferiores clericos, propter quam dicitur habere dignitatem: vt dicit glo.penultima in verbo vltrix.in.c.si canonici.de offi.ordina.libro.vi.quam multum commendat Felynus in.c.pastoralis.in.iii.colũ. versicu.not.tex.de officio delega. Nam canonicus in ecclesia cathedrali est nomen maximi honoris, & præeminentiæ: vt dicit Dominicus in.c.quamuis.in principio,& in.§. quamquam.in tertio notabili de præben.libro.vi. & in.c.i. de filiis presbyterorum.eo.lib.& Felynus in.c.super his.in principio de accusationibus. & Innocentius in capitulo fraternitatem.de sepulturis sequuntur Moderni in tractatu de beneficio quæstione.xlv.tertiæ partis. Adeo ꝙ dicuntur collaterales episcopi: vt dicit Baldus in lege prima.C. de petitio.bono.sublato.libro decimo. Et ideo voluerunt Domini in decisione.ii.titu.de filiis presbyterorum.in nouis.Quod illegitimus dispensatus non potest obtinere canonicatum in ecclesia cathedrali propter maiorem præe-
34 minentiam,quã dicti canonici habent.†Et adeo ista præeminentia est considerabilis,ꝙ multi reges se canonicos aliquarum ecclesiarum cathedralium creari procrearunt: vt Rex Angliæ, Rex Franciæ in ecclesia sancti Hilaris vt refert Abbas in capitulo extirpandæ.§.qui vero.de præbendis,& reassumũt Moderni in tractatu electionum, folio.xviii. Et ideo dicit Abbas in capitulo causam.in quinta columna numero.9.de iudi. ꝙ propterea canonicatus

in ecclesia cathedrali conferuntur communiter ciuibus optimi status & conditionis, qui dedicant se studio literarum, & prae caeteris honorantur. Est bene verum, quod licet habeant dicti canonici in ecclesia cathedrali maximum honorem, & quandam effigiem, & similitudinem dignitatis, nõ tñ proprie possunt dici ĩdignitate constituti, vt patet in.c. statutum in princip. de rescript. lib. vj. & ibi late dixi Sed largo modo secundum quid dicuntur in dignitate, vt dicit Fely. in.c. pastoralis in. iii. col. de offi. de leg. & vltra ipsum Imol. in.c. relatum el. ij. in. iiij. col. de testa. & in.c. dudum el. j. col. i. de electio. & ideo videmus
35 † quod ratione illius praeeminentiae, & quasi dignitatis, creatus canonicus in ecclesia cathedrali potest esse iudex delegatus a sede apostolica, sicut si existeret in dignitate vt patet in.d.c. statutum & ibi tenet Domi. in. ij. q.
36 ¶ † Et pari modo licet secundũ stilũ curię non possit vniri bñficium dignũ minus digno. Et sic parrochialis non posset vniri simplici bñficio, posset tñ vniri canonicatui quia propter dictam praeeminentiam reputatur dignius vt probatur in.c. super eo. de prębe. lib. vj. & iste est primus effectus creationis in canonicum. Nec obstat, si diceretur, quod tex. in.d.c. statutum debet intelligi de canonicis cum plenitudine iuris canonicalis, id est actu praebendatis, vt verba cum effectu intelligantur iuxta .c. relatũ
37 de cle. non residen. † Praesertim quia canonicus sine prębẽn. est sicut comes sine redditu: & episcopus sine episcopatu, qui vocantur nulla tenentes, & abusiui: & canonici sine praebenda dicuntur canonici in herbis, vt dicit Imol. in .d.c. relatum & deci. xxv. titu. de praeben. in no. incipiẽ. si legatus, & reassumit Ias. in. l. id quod apud hostes col. fi. ff. de lega. j. Nam illa procedunt quoad consequendum effectus plenę dignitatis. Secus vero quoad effectum delegationis: Quia istis canonicis sic creatis sine spe futurae praebendae, causa committi potest, vt dicit praedicta decisio .xxv. & tenet expresse Andr. Sicul. post Calde. in capitulo cum.m. in .lviij. colum. de cõstitu. & tali casu solũ canonicatus sine praebenda sufficit. ¶ Hinc est, qđ si in aliqua eccl'ia sit cõsuetudo, qđ dignitas nõ cõferat̃ nisi canonico, poterit cõferri cãonico creato sine ꝓbẽda, vt dicit. D. i. c. si is, cui. §. & si de ꝓbẽ. li. vj.

sionis canonicatus, vt etiam vltra ipsum dicit Ioan. An. in addit. magna ad specul. in titu. de teste. §. nunc vidẽdum. Sicut etiam beneficia conferre, inter fructus computatur, vt dicit glos. in. c. cum olim de ma. & obe. Cum igitur creatus in canonicum habet quasi possessionem iuris canonicalis, sequitur, ꝙ debet habere huiusmodi fructus, cum sit verus canonicus. Et ista omnia procedunt, postquam fuit receptus ad possessionem, & militant de iure communi. de consuetudine tamen forte in pluribus ecclesiis seruatur cõtrarium: quia videmus, quod anteꝗ creatus in canonicum consequatur prębendam, nõ participat de distributionibus, nec pmittitur exercere supetius dicta, & propterea vocantur canonici in herbis, prout dicta decisio. xxv. nec retinent perpetuo illum canonicatum collatum per papam, sed vacante præbenda distincta canonicali, & collata dicto expectanti, ille consequitur nouum canonicatum intra numerum, & primus redit ad papam, prout dicit decisio. cl. incip. si legatus in nonis, & talis consuetudo, de qua est dictum habet faciem honesti, secundum Dominos in. d. decisione &. d. Anto. in. d. c. cum. m. & Imol. in cle. finali in. ij. col. de præben. Hinc est, ꝙ in regulis reuocatorijs gratiarum, facile, huiusmodi creationibus, & receptionibus, in canonicum, derogatur, vt apparet in regula. D. N. Pauli papæ tertij. Secundum quam, reuocaui, creationem, & receptionem, in canonicum, in ecclesia. S. Mariæ maioris Valeriani, & canonizani gratiam factam de eodem canicatu per eundem dominum nostrum episcopo Sezenateñ. vt alibi dixi latius. Et ista in vniuersum, dicta, sufficiãt pro introductione, dicendorũ. redeo igitur ad formam, qua Hispani nostri vtuntur.

39 ¶ † Dico igitur, ꝙ vigore istius formę literatum potest expectans consequi in eadem collatione vltra præbendam, & dignitatem, præstimonia etiam plura, quæ ascendunt ad summam expressam in literis, & ratio est, quia licet præstimonia, quæ conceduntur clericis in titulum, dicantur esse, & sunt beneficia ecclesiastica saltem large, vt notat Ioan. Andr. in. c. postulasti de rescript. & Io. Cald. in. c. in nostra eo. titu. & tradit notabiliter Dominicus in consi l. lxxxix incipien. vacan. archidiaconatu in fi. col. tũ

ex quo nullum habent seruitium annexum, nec aliquod onus, & quia mille teneri possunt absq; aliqua dispensatione, ideo nõ possunt dici proprie beneficia ecclesiastica, sed quædam stipẽdia, de quibus non est necesse facere mentionem in rescripto beneficiali, ſm Io. and. in. c. vnico. de rerũ permu. lib. vi. prout etiam sentit Oldr. consilio. cxxix. al's cxliii. in titu. de rescrip. Nam præstimonia ab initio fuerũt instituta pro studentibus. & pro subsidio contra infideles, ideo pluralitas eorum, vt dixi, non est prohibita in diuersis ecclesiis, ex quo consistũt in sola temporalitate, & nullum seruitium spirituale habent annexum. Cadunt igiť, & comprehendũtur in huiusmodi literis per supradicta, dummodo non sint præstimonia patrimonialia, nam alia non includuntur, quia sunt de iurepatronatus laycorum, quibus papa in dubio non videtur derogare velle, nisi exprimat, iuxta glo. in. c. ii. de præben. lib. vi. in verbo collatio, quę dicit, ꝙ sæpius reperitur receptum in curia, papam non conferre beneficia vacantia, etiam apud sedem, quando illa pertinent ad præsentationem laycorum. Et hoc, ne illi retrahãtur a fundatione, & dotatione beneficiorũ, vt dicit alia glo. in. c. cum dilectus. de iurepatro. In Hispania tamen datur expectatiua, si specialiter petitur ad vnum, & aliquando ex fauore ad duo beneficia patrimonialia in diuersis ecclesiis, in quibus expectans est filius patrimonialis, & tunc derogatur iuripatronatus laycorum, etiam in totum, quando scilicet est pro vno patronorum, filio vel nepote vnius ex

40 patronis, ſm stilum curiæ. † Et frequentissime hodiernis temporibus per sacrum officium pœnitẽtiariæ datur licentia ad duo, vel tria patrimonialia, ſm antiquam formam.

¶ Insuper sciendum est, ꝙ licet canonicus creatus possit acceptare præstimonia, præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia, quæ omnia idem significant, & important,

41 dummodo illa non sint patrimonialia, vt dixi, † non tamen poterit acceptare aliquod beneficium seruitorium, obstante regula cancellariæ, quæ habet decretum irritans. Ratio illius regulæ potest esse ista, ne canonicus, qui habet deseruire in ecclesia cathedrali, distrahatur ab ea propter onus, & seruitiũ, quod imminet beneficio seruitorio. Sæpe enim qui ad vtrunq; festinant, neutrum bene peragunt. l. nemo. C. de assesso. cum aliis iuribus, per glo. ad hoc notabilem

in.c.accusatus.in verbo offendiculum.de hære.lib.vi. Ad hanc rationem bene facit tex.in.c.extirpandæ.§.qui vero. de præbendis.ibi dum dicit,cum oporteat eum in maiori ecclesia deseruire.Ista ratio,ne scilicet distrahatur a maiori ecclesia,cessat penitus in præstimoniis,cum illa,vt sæpius dixi nullum onus,aut seruitium habeant annexũ.Ideo conceduntᷣ canonicis creatis.Immo in pluribus ecclesiis Hispaniæ sunt statuta,ꝙ præstimonia obtineri nõ possint nisi per canonicos prębẽdatos,vt illi ex hac copia redditu um sint magis honorabiliores,Et ideo talibus statutis in hmõi literis derogatur expresse,dũ dicitur,nõ obstãtibus cõstitutionibus,&c.illis præsertim,quibus caueri dicitur expresse,ꝙ nullus in ciuitate,& diocesi prædictis ꝑstimonia,præstimoniales portiones aut simplicia bñficia obtinere possit,nisi in supradicta ecclesia fuerit canonicus, actu præbendatus,aut alias in ea perpetuus beneficiatus existat quibus illis alias &c,specialiter,& expresse derogamus,q̃ derogatio est necessaria in ecclesiis,vbi extant alia statuta. ¶Ex quo est notandum,quia ex eo,ꝙ in dictis statutis dicitur de canonicis actu præbendatis,videntur per ista verba excludi isti canonici creati nondum actu præbendati. Alias si non esset in statuto illud verbum,actu præbendatus,non esset necessaria aliqua derogatio, quia canonici creati dicuntur veri cononici etiam ante consequutam ꝑbendam, & comprehenduntur appellatione canonicorũ secundum Io. Andr.& Domi.c.si is cui versic, sed etsi de præben.lib.vi.cum aliis iuribus,& rationibus,quæ adducam inferius, in tertia forma. ¶ Et ꝙ dictum est, gratiam expectatiuam non concedi sub prædicta forma canonico creato ad simplicia bñficia seruitoria.Cõceditur tñ de facili ꝓuisio de vacanti bñficio seruitorio cũ dispẽsatione, vel de residẽdo ĩ maiori ecclesia,dũmodo in.d.beneficio seruitium consuetũ non negligatur.Quæ clausula importat, vt ꝑ alium possit illi deseruire,vt notatur in cle.i.de præb. & ibi dixi.¶ Vlterius ne aliquid remaneat intactum, est aduertendũ,quod licet in prædicta formula creationis in canonicũ,detur facultas ꝑbendam capiẽdi indistincte,debet tñ restringi de iure,nisi illa præbẽda fuerit sacerdotalis quia illa sub hmõi formula non cadit,nisi dicatᷣ, vt notat Cal,consil.xiii,titu.de præben.per rationẽ,de qua ibi ꝑ eũ.

in.c.vnico.§.sane in versi. absq; penuria de statu regul. lib.vi.& quod habetur in.c. vacante,de præben.Sed nõ poterit acceptare beneficium seruitorium per rationem superius dictam,ne distrahatur a maiori ecclesia, & licet illud videatur satis iuri consonum,communiter in contrarium practicatur,& minime mutanda sunt &c.per rationem,quam superius scripsi.

43 ¶ † Sed iam secundam formulam attingamus,quæ magis ex voluntate, & arbitrio Papæ concedi potest,quam q; iuridica videatur. In ea enim creatur quis canonicus in duabus ecclesiis hoc modo, vnum Valentinum, & vnum carthagineñ.ecclesiarum canonicatus, cum plenitudine iuris canonici Apostolica authoritate tibi conferimus &c. Vnam vero Valentiñ.& aliam Carthagineñ.prædictarum præbendas necnon dignitates, personatus, administrationes, vel officium alterius earundem ecclesiarum,etiam si per electionem &c. Exemplo igitur istius formulæ apparet, potius hanc formulam esse voluñtariam, quam iuridicam,vt probatur in ca. sanctorum lxx.dist. vbi dicitur quem non posse obtinere duos canonicatus in pluribus ecclesijs,& multo minus in eadem ecclesia,vt probatur etiam in cle.si.de præben. Vbi est expressum:q; adeptus in certa ecclesia dignitatem habentem præbendam annexam,perdit primã præbẽdã, quã obtinebat ibidẽ,& etiam canonicatum annexũ p̃bendę, vt volũt ibi doctores,& clarius moderni Perusini in.c.cũ in ecclesia,in glo.iij.in fi.eo,ti.li.vj.ratio redditur in.c.quonnulli,de cleri.non resi.ne per huiusmodi retentionẽ pluriũ dignitatũ,vel canonicatuũ vnus occupet stipẽdia plurimorum,cũ vix quis vni officio vel ecclesiæ deseruire possit. Talis igitur multitudo,& pluralitas præbendarũ, est canonibus inimica,dissolutionis materiã, & euagationis occasionẽ inducit,certũq; cõtinet periculũ animarũ, vt dicit tex.in.c.quia in tantum de præben. Verum, vt dixi hæc oĩa consistunt in voluntate papæ,qui in istis beneficialibus potest quadrare rotunda quadratis, & quadrata rotũdis, vt dicit hostieñ.in.c.cũ venissent de iudi.& potest has formas,& similes contra iura concedere, put cõmuniter videmus similes in rota discuti quas p̃sertim Leo.x.cõcedere solebat, Propterea eã hic volui inserere.

Et licet papa hoc possit, nullus tamen inferior post papam huiusmodi formam posset concedere: quia non potest dispensare super pluralitate prębendarum, nedum in eadem ecclesia, sed neque in diuersis, prout attestatur Domi. in. d. c. sanctorum, dicens quod hoc communiter tenent omnes, & quod sic seruat curia. alleg. Innoc. in. c. fi. de cleri. non residen. Et hoc in ratione fundatur, quia illa retentio est prohibita nō solum per cōcilium generale. de quo in. d. c. quia nonnulli, sed etiam per ius commune, de quo in. d. c. sanctorum.

44 †Et tamen constat, nullum inferiorem, etiam si fuerit legatus, posse contra concilium, aut iura communia dispensare, nisi sibi specialiter concedatur: vt in clem. ne romani. de elec. & nota. in. c. i. de biga. lib. vi. & tradunt omnes. in. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. Hoc tamē declaratur procedere, quando ipsi canonicatus, vel præbeñ. ex statuto, vel consuetudine requirerent residentiam: quia vt dicit Host. in. c. super inordinata. de præben. sicut in plūribus castris, quorum quodlibet requirit certos homines ad sui custodiam, non potest quis obtinere locum pluriū. Ita neque quis præfici potest duabus, vel pluribus præbendis, requirentibus residentiam, nisi accedente dispensatione papæ, secus ergo, si non requireret residentiam: quia tunc possunt licite obtineri, si conferantur per inferiorem. Et hoc modo debet intelligi opi. Innocē. in. c. cum iam dudum. de præben. Isto enim casu inferior poterit dispensare. Vel quādo vna ex illis præbendis esset tenuis, & minus sufficiens, sm Io. an. in c. literas. de conces. præben. Quem hoc modo intelligit, & declarat Panor. in. d. c. iam dudum. In diuersis ecclesiis, ideo dixi, quia non posset inferior dispēsare, vt quis in eadem ecclesia habeat duos canonicatus. Et sic duo conformia, licet in difformibus possit: vtputa, quod sub eodem tecto quis habeat dignitatem, & canonicatum cum præbenda: vt declarat Abb. in. c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. Pari modo valet in hoc consuetudo: vt probatur in. c. cum in ecclesia. & in. c. si is cui. de præben. lib. vi. Et ibi hoc colligit Philippus Perusinus. Sed non valet circa duo conformia, vtputa duas dignitates, vel prioratus: vt in. c. i. de consue. eo. lib. Idem puto de duobus canonicatibus sub eodē tecto, per hoc quod sequitur. Ratio diuersitatis est, quia per dispensationem in diuersis ecclesiis, vel in eadem ecclesia

circa difformia, non frangitur numerus in ecclesia, nec illi tollitur suffragium canonicorum, sed circa conformia læditur ecclesia, & frangitur numerus.

¶ Vlterius circa hanc formam aduertẽdum est ad aliqua. Et primo dum in ea cum misterio dicitur, necnon dignitatem &c. alterius earũdem ecclesiarum. † Ista verba hoc important, quod vltra duas præbendas, vnam scilicet in qualibet non potest expectans in hac forma, nec sub quarta, de qua infra consequi, nisi vnam dignitatem, vel vnum personatum, aut administrationem, vel officium in altera illarũ ecclesiarum. Quod clarius specificatur in dicta quarta forma, dum in ea dicitur, in vna ipsarum, &c. Etiam debet intelligi, ꝙ aliquod prædictorum non habet præbendam annexam, quia alias consequeretur duas præbẽdas in eadem ecclesia, quod est prohibitum de iure, etiam quando altera est annexa: vt probatur in cle. fi. de præben. & no. Io. an. in d. c. literas. de concess. præben. Ex quo apparet, ꝙ duæ præbendæ sunt magis incompatibiles sub eodem tecto, etiam si altera earum sit annexa, q̃ sit dignitas cum ecclesia parrochiali, quæ est annexa præben. in ecclesia cathedrali, vt probatur in. c. super eo. de præben. lib. vi. Licet aliquãdo disputando publice sustinui contrarium tam Romæ, q̃ Patauii: licet illæ disputationes cum aliis scriptis meis furto perierint. Et hoc quod est dictum, verum est, & procedit, nisi in literis aliud diceretur, per quod appareret papam intellexisse de duabus præbendis obtinendis sub eodem tecto: quia tunc non esset recedendum a verbis papæ. c. si papa. de priui. lib. vi. l. non aliter. ff. de lega. iii. Secundo debent intelligi illa verba de dignitate. &c. dummodo aliquod illorum, idest dignitas, vel administratio &c. nõ sit maior post pontificalem ibidem, quæ expresse in literis excipitur. Et ratio est, quia tales dignitates, quæ sunt, vel reputantur maiores post pontificalem, sunt per regulas istas cancellariæ reseruatæ. Constat autem, ꝙ huiusmodi literæ non extenduntur ad dignitates, & beneficia specialiter, atq; generaliter reseruata vel affecta secundum Dominos de rota in decisione. ccccxcix, incipiente nuncius apostolicus. in no. & vltra ꝙ ad hoc sunt plura consilia Roma. cccxlii. & clx. & Cald. in titulo de præbendis. consilio. ix. quæ in alia quæstione allegaui. Est & de hoc regula cancellariæ expressa, Ad

quod bene facit tex.in.c.ij.de præben.li.vj. Sed illud, ꝙ dicitur de dignitate debet sane intelligi dummodo dignitas huiusmodi post pontificalem valorem decē flo. au.secundum cō.esti.excedat, iuxta regulam tertiam cācellariæ. Alias si est infra dictum valorem, includitur in literis quamuis reputetur ibidem maior post pontificalem. Nam ex quo talis dignitas non censetur reseruata, certe cadit sub expectatiua, & potest acceptari, argu.eiusdem, quod legitur, & notatur in.l.j.§.si stipulanti.ff.de verbo.obliga.& in.l.cum prætor.ff.de iudi.iuncto.c.nomine de presump. Nescio tamen si rota hoc admitteret, quia literæ non distinguunt. Ergo nec nos distinguamus l.iij.cum glo.ff.de offi.præsi l.de præcio de public.præsertim quia isto casu ne talis dignitas comprehendatur, concurrit duplex ratio, non solum estimatio valoris, & etiam prærogatiua ecclesiæ cathedralis de qua in.c.quāuis de præben.li.vi. Vnde licet vna ratio cesset, militat tamen alia, in qua potest sustineri dispositio vulga.§.affinitatis insti.de nup. & ista prærogatiua ecclesiæ cathedralis non solum in dignitate prima sed in alijs canonicatibus, & dignitatibus multum consideratur, vt est dictum superius in prima forma, & latius dixi in capitulo
46 statutum de rescript.li.vj. Quæ autem dicatur dignitas maior post pontificalem, in hoc debet attēdi cōsuetudo & reputatio illius ecclesię vt notatur in capitulo deliberatione de offi.lega.lib.vj.& ponit rota deci.173.incip.de thesauraria in nouis alias deci.viij.titu.de præbend. Et illa verba dummodo non sit maior post pontificalem arguunt in ecclesia plures adesse dignitates: quia non posset aliqua dignitas dici maior nisi alię essent minores & ideo si in ecclesia non esset nisi vnica dignitas non intelligeretu r de ea illa regula vt tradit Gemi. in consil. xxxvj. facit ꝙ dicit.d. gūdisaluus in tractat. legati in .ix. quęstione primę partis colum. xx. in princip. Nam prout alias dixit rota in vna causa camerlatus ecclesiæ neapolitan. q est vnica regula pdicta debetītelligi tm̄ ī casibus exprssis & ita adnotauit tūc.d.melchior Baldasinus doctissimus aduocatus. Et per hec remanent declarata illa verba, necnon dignitatē &c. alterius earūdem ecclesiarum siquis autē voluerit in qualibet ecclesia, vbi creatus est

canonicus habere dignitatem,oportet,ꝙ prius obtineat dispensationem ad duo vel tria incompatibilia. Et demũ circa principiũ gratiæ suæ expectatiuæ dicatur isto modo,videlicet,cum quo dudum,vt duo icõpatibilia beneficia,ẽt si dignitatis,personatus,administrationes,vel officia forẽt,& ad eos &c.si tibi alias canonice conferantur,recipere,& insimul retinere libere,& licite valeres, apostolica fuit auctoritate dispẽsatum,præmissorum meritorũ tuorum &c. Et isto casu non dicitur,dignitatẽ alterius earũdem, sed earundem ecclesiarum,sit aũt talis narratio dispẽsationis iam obtẽtæ cum ministerio:quia alias virtute gratiæ ad duo incompatibilia non cẽsetur dispensatũ super retentione vtriusq̃:vt est casus no.in.c.non põt.§.cũ no.de ꝑben.lib.vi.

¶Quid autem si vtraq̃ dignitas in casu præmisso,requireret residentiam,an super illa censeatur dispensatum virtute talium literarum,dico ꝙ sic:vt tenet glo.in.c.siquis in

47 clero.vii.q.i.†quæ dicitꝙ ex quo dispensatur cum aliquo super pluralitate beneficiorum,seu prębendarum,videtur etiam dispensatum super residẽtia.Ratio huius est,licet gl. illa non declaret,quia quamuis dispensatio sit stricti iuris, & stricte interpretanda.c.i.&.ii.de fil.presby.lib.vi.nihilominus extenditur ad consecutiua,seu depẽdentia ex eo super quo est dispensatum,ꝓm Panor.post glo.ibi in.c.quia intantum,de præben. Vbi per hoc infert, ꝙ si dispensatur cum minori,vt possit habere ecclesiam curatam,videtur ẽt dispẽsatum,vt non teneatur,se facere promoueri ad sacerdotium infra annum,iuxta dispositionem.c. licet canon.& c.commissa,de electio.lib.vi. Idem tenet ipsemet Panor. in.c.cum in cunctis.§.cum no,de election.& in.c.ad aures.de rescrip.& Moder.late in.c.postulasti.de rescrip.

¶Postremo sciendũ est,ꝙ ideo apponũtur illa verba,videlicet ẽt si per electionem,qs cõsueuerit ad illam assumi:qa alias nõ includeretur dignitas electiua,nõ expresso modo electiuo.c.cum in illis.§.i.de præbẽ.lib.vi.& in cle.i.eo.ti.

48 †Rõ est qa papa in dubio non intelligitur ita velle ꝓiudicare pluribus,sicut vni.Quia melius ꝓsumitur prouisum ecclesiæ per cõsilium plurimorum,q̃ vnius.c.prudẽtiã.de of. dele.per quem tex.voluit ibi Abb.& Mod.ꝙ per clausulã generalẽ non censeatur derogatũ concilio generali ꝑꝑ prędictam rationẽ.Est bene verũ,ꝙ circa hoc,an dignitas ele

ctiua comprehendatur vel non, fuerunt aliquæ opinio-nes, quas refert Cald. titu. de præben. consil. xij. & xxiiij. & tradit Fely. in. c. in nostra de rescript.

49 ¶ † Tertia forma, quia ea raro curiales vtuntur, breui-ter absoluetur & est, quando creatur canonicus in vna ec-clesia tantum cum reseruatione præbendæ conferendæ per certum executorem deputatum, sub hac forma, ca-nonicum in ecclesia Valentina cum plenitudine iuris canonici tibi authoritate apostolica conferimus, & de il-lo etiam prouidemus. Præbendam vero &c. necnon di-gnitatem personatum, administrationem, vel officium, etiam si ad illum, illam, vel illud consueuerit quis per ele-ctionem assumi, &c. Hæc forma colligitur ex tex. cum ibi notatis in. c. si postquam de præben. lib. vj.

¶ Sed pro intelligentia istius formæ, & aliarum est aduer-tendum vnum, quod peritioribus est satis notum, sed ali-is forte incognitum: quod vbi quis est creatus canonicus, duo tantum ibidem assequi potest, præbendam scilicet i. ecclesia cathedrali, sed non in collegiata, item dignita-tem, personatum, vel officium, siue administrationem in eadem tamen ecclesia cathedrali, dummodo maior post pontificalem ibidem non reputetur, extra cathedra-lem nullum canonicatum acceptare potest, quamuis pa-ratus sit dimittere dignitatem debitam sibi in cathedra-li vigore harum literarum, & esse contentus vno bene-ficio, quamuis minoris valoris. Et hoc propter formam literarum, quæ ad illa duo ibidem, & non alia, seu alibi se extendunt. Quæ quidem forma exacte ad vnguem est seruanda. c. cum dilecta cum ibi notatis de rescript. ma-xime in beneficialibus. c. quamuis &. c. cui de non. de præ-ben. lib. vj. An autẽ creatus canonicus in Hispania pos-sit vltra illa duo obtinere præstimonia dictum fuit in pri ma forma.

50 ¶ † Quarta forma exemplificari potest, quando creatur quis canonicus in tribus, aut pluribus ecclesiis hoc mo-do vnum in Orioleñ. & in vnum in Valentiñ. ac vnum in Concheñ. maioribus ecclesiis canonicatus &c. Nec non vnum in qualibet ecclesiarum prædictarum præbẽ-dam, ac dignitatem, vel personatum aut officium in vna ipsarum &c. In ista forma possunt repeti ea, quæ dicta

sunt in præcedentibus formis circa declarationem verborum. Quia habent inter se quandam similitudinem, excepto, ꝙ ista forma est magis pinguis, quia comprehendit plures canonicatus, & præbendas: sed vnam tantummodo dignitatem in vna ipsarum ecclesiarum, prout in forma dicitur in qua, vel secundum quam non deberent concedi literæ, nisi pro magnis nobilibus, aut magnis literatis arg. C. de multa in fi. de præben. & glo. in .c. cum adeo de rescrip. quæ vult, ꝙ simplici clerico sufficiat tale beneficium, quod non sufficeret nobili sicut de dote dicit Bar. in .l. si constante in. iiij. colum. ff. solu. matri. Ratio potest esse, quia cum tales communiter sint dediti vel studio, vel laudabilibus curis, & negocijs, ne dũ vna præbenda, sed vix multæ eis sufficiunt. Et ideo secũdum qualitatem personarum beneficia concedenda sũt arg. l. plenum §. equitij. ff. de vsu & habi. & quod per illam .l. cumulat Fely. in .c. causam in. xij. col. de rescript. & moder. Bononien. in repe. rub. C. de proba. i. v. & . vj. columna.

52 ¶ † Hinc est, ꝙ tales literati, quicquid exponunt causa studij, dicitur expositum in vtilitatem ecclesiæ, secundũ Domi. per illum tex. in .c. cum ex eo, de elect. lib. vj. quod est verum, quando studium est theologiæ, vt dicit Bal. in repe. l. pri. ff. de leg. j. Et tali casu relictum pro studio, censetur pium, vt ibi dicitur, & sequitur Ias. in .l. prima. col. fi. C. de sacro san. eccl. & pro illis videtur tex. in .c. super specula. de magistra. & .c. fi. ne cle. vel mo. & ita potest intelligi tex. in .d. c. cum ex eo, dum ibi dicitur, ꝙ ecclesia Dei quam maxime indiget viris literatis, non asinis ferratis, vt vtar verbis Io. monachi antiq. card. & dum dicit de literatis adde etiam magnis nobilibus, per quos ecclesia defenditur, & subleuatur, vt dicit glos. in .c. constitutus in ver. impotentia de appella. & Abb. in .c. de multa de præben. & ibi est tex. Et licet dictum Bal. in .d. l .j. loquentis de magistris theologię prima facie nobis blãdiatur, tamen tex. in cle. fin. de magist. indistincte loquitur &

52 de doctoribus legum, † & canonum: qui etiam necessarij sunt ecclesiæ, vt patet in .c. j. de consan. & affini. & quod ibi notant doctores. Adeo ꝙ cum solis magistris ecclesia regi nõ possit sicut etiã dicit hosti. in ti. de pœni. & remi.

§. qui confitendum col. ix. versi. tertio ꝙ cum sola Biblia non posset etiam ecclesia sancta dei gubernari ideo necessarij sunt tales doctores qui quidem si res. ecclesiæ iustæ defendent vel docendo instruxerint non minus merentur q̃ proprij sacerdotes qui corpus xp̄i conficiũt vt dicit idem hostieñ. in proœmio summæ immo magis merentur q̃ fratres prędicatores & alij religiosi vt dicit Alberi. in. l. ab anastasio. C. mandati & tradit Andre, de isernia in proœmio seu. allegat illud Danielis. xij. c. qui ad iustitiam instruũt multos fulgebũt sicut stellę in regno dei referunt moder. in. l. j. per illum tex. ff. de iust. & iu. Nam ius canonicum diuinum appellatur, vt in. c. j. de iur. calum. cum concor. vt scribit Andr. Sicul. in capitulo filius in tertio notabili de testam. & dixi latissime in capitulo. ij. de constitu. lib. vj. & reassumunt moder. in. c. ecclesia de consti. concludo igitur, ꝙ tex. in dicto capitulo de multa largius disponẽs circa lireratas personas, quod debet intelligi non solum dę theologis, sed etiam de iurisperitis, vt ibi in repetitione mea latius scribo, & ideo videmus ꝙ domini mei Auditores rotæ, licet principaliter Theologi non sint, solent tamen expedire expectatiuas in ista forma, & merito eis conceditur, per ea, quę de præfatis dominis meis latæ dixi in proœmio regularum, similiter solent expedire abbreuiatores de Parco maiori, & alij magni viri, cæteris autem hęc forma nõ esset concedenda, per illud, quod dicit tex. in capitulo quia in tantum de præben. Ideo vlterius circa hanc materiam non insisto. Hoc solum ex hac forma noto, quod
53 facilius concedit Papa, † vt quis sit pluralis in præbendis diuersarum ecclesiarum, quam in dignitatibus personatibus, seu officijs, ex quo in hac, & præcedentibus formis conceditur dignitas tantummodo in vna ecclesiarum, cum tamen in qualibet concedatur canonicatus, & præbenda. Ratio est, quia plures præbendæ in diuersis ecclesijs non sunt ita incompatibiles, prout sunt plures dignitates, aut personatus, vel officia. Patet quia in istis per assecutionem pacificam secundę, vacat primum ipso iure capitulo de multa, cum similibus. Quod non est in prębendis, nam per receptionem secundæ non vacat prima ipso iure, licet quando tenen

tur sine dispensatione saltem episcopi, potest fieri vt il- las taliter obtinens cogatur ad renunciandum vni, vt di cit Domi. in capitulo primo de consue.lib.vj. ex mente Ioannis de sancto Georgio allegant notata per Innoc. in capitulo cum nostris de conces. præben. & quod no- tatur in capitulo si eo tempore de rescript. lib.vi. Illud autem, quod dictum est per receptionem secundæ præ- bendæ non vacare primam ipso iure, debet intelligi in præbenda diuersarum ecclesiarum secus in vna, & eadẽ ecclesia, vt probatur in clem.fin.de præben. Ex quo appa ret, ꝙ iura plus abhorrent pluralitatem in eadem eccle- sia, quam in diuersis & ex hoc infertur, ꝙ si est dispensa- tum cum aliquo super pluribus dignitatibus obtinendis non intelligitur de dignitatibus eiusdẽ ecclesiæ, nisi hoc exprimatur. Quia ista prohibitio habet specialem qualita tem, de qua specifice est mentio facienda arg.l. itẽ apud Labeonem.§.edictum.ff. de iniur. Et ita tenet Io. And. in.c.de multa de præben. Pet.de Ancha. & francus in.c. j. de consue.lib.vj. quod est notandum ad illud, quod dixi in præcedentibus formis, & ad alia similia. Vidi insu per aliquas gratias auditorum, & etiam conclauistarum, qui in duabus expediuerunt in canonicos creatos, & in tertia ad largam, in qua ex quo sunt graduati, possunt ac ceptare vnũ cuiuscunqꝫ taxæ. Et hic est casus in quo cer ta taxa non exprimitur, sicut neqꝫ in canonicatu, & præ- benda ac dignitate personatu vel officio, quando gratia est in canonicum creatum, secus quando datur ad largã, vt inferius subijciam.

54 ¶ † Quinta forma est, qñ creat canonicus in vna & alia datur ad largam sub his verbis canonicatũ ecclesiæ Va- lentiñ. &c. Necnon beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, etiam si decanatus, vel archipresbyteratus ruralis, seu vicaria, vel capellania perpetua &c. Ista for- ma multum frequentatur, ideo pro eius declaratione sciendum est primo, ꝙ vigore talium literarum potest ex pectans cõsequi tria diuersa beneficia, videlicet duo, vbi est creatus canonicus, & tertiũ vbi habet ad largã, prima duo sunt præbenda scilicet & dignitas, aut psonatus, vel officium in cathedrali dummodo nõ sit maior post põti ficalem, vt in superioribus dixi. Et illa duo habentur loco

vnius attento, ꝙ in pluribus ecclesiis seruatur de consue tudine vt quis non possit assumi ad dignitatem, persona tum, vel officium ibidem, nisi sit canonicus præbenda- tus, vt patet ex notatis per Ioan. Andr. & Domi. in.c. si is cui.de preben. libr. vj. consequenter habentur loco vnius vt dixi, ad quod faciunt notata per.d. Anto. in.c. cum olim de re iud. vbi tenet, ꝙ si quis gerit vices plu- rium personarum puta, canonici, & præpositi, nō debet habere duplicatas distributiones, quia seruit pro vno, & habetur loco vnius. Pro quo Panor. ibi allegat bonū tex. in.c. vnico de cle. non residen. li. vj. Et quod scribit Fede. de Senis consil. cx. inducendo vt ibi per eum & ex præ- dictis sumitur ratio, quare est, ꝙ canonicus creatus po- test vigore literarum consequi ibidem dignitatem, perso natum, vel officium: & tamen nisi ī literis aliud exprima tur non potest assequi simplex beneficium, quod est mi- nus quam aliquod præmissorum. Hæc inquam est ratio, quia licet simplex beneficium sit compatibile cum cano- nicatu, & præbenda, etiam in eadem ecclesia, vt vult car dinalis consil. iij. incip. domina. &c. Et similiter præben- da cum dignitate, tamen negari non potest quin obti- nens duo priora sit magis pluralis, quam eo casu, quan- do obtinet præbendam cum dignitate in eadem ecclesia ex quo, vt dixi: ista duo habentur loco vnius. Et sic primo casu notatur maior pluralitas, quam in secundo, constat autem ꝙ iura abhorrent pluralitatem etiam compatibi lium, vt sunt plura simplicia, quando quodlibet illorum per se est sufficiens, maxime in eadem ecclesia, vt vult glos. in.c. dudum ecclesia, in versi. retineri de electio. fa- cit tex. in.c. sanctorum. lxx. dist. & in.c. quia in tantū de præben. Nec valet hoc casu argumentum de maiori ad minus, videlicet si potest consequi dignitatem. Ergo mul to fortius beneficium simplex, quia dico, ꝙ huiusmodi argumentatio cessat in literis ad beneficia, quarum for- ma exactissime seruanda est.c. quamuis &.c. cui de nō. de præben. lib. vj. & propterea creati canonici in Hispania possunt vltra præbendam, & dignitatem consequi vnū duo, vel plura præstimonia vsq; ad summam deputatam & quia istud exprimitur in literis quoad partes Hispaniæ prout in prima forma latius dixi idem etiam esset extra

Hispaniam, quando creatus canonicus impetraret ibidem etiam ad largam ad alium collatorem. Quo casu posset consequi ibidem tria, videlicet, præbendam, item dignitatem, & aliud beneficium cum cura, vel sine cura, & hoc etiam propter tenorem literarum, qui semper seruãdus est, & diligenter inspiciendus, vt supra, facit. c. porro de priuileg. cum vulga. Eo tamen casu, quo virtute huiusmodi literarum assequeretur dignitatẽ, expiraret gratia, quoad beneficium curatum dumtaxat in illa, vel alia collatione & econtra, propter clausulam, quæ apponitur in fi. literarum, volumus autem, ꝙ quam primum &c. c. primo. de consue. lib. vj. iuncto. c. de multa. Nam pro-
55 pter hoc † ꝙ datur gratia ad duo incompatibilia, non censetur dispensatum super retentione vtriusq;, vt probat in. c. non potest. §. cum not. de præbend. lib. vj. Nisi dispensatio prius obtenta narretur post principium literarum, videlicet, cum quo dudum &c. vt dixi superius in alio proposito, & in alia forma versi. si quis autẽ &c. Prædicta procedunt, quoad beneficia, quæ potest consequi canonicus creatus in ea collatione, vbi est creatus canonicus. In alia autem, in qua habet ad largã, si est graduat⁹, aut de magnis nobilibus datur ad vnum cuiuscunq; taxæ. Alias apponitur taxa per regulas deputata, & datur maior summa in curato, aut dignitate, vel personatu. Nam & in istis exprimitur summa in collatione ad largã, alias non, propter onera illis incumbentia, iuxta notata in. c. de monachis. Item in recompensationem laborum, quos sustinent: & quia magis debet incedere honoratus, ex quo est in dignitate, vel officio honorabili constitut⁹: iuxta notata in. c. statutum. in princ. de rescrip. lib. vi. & per Innoc. in. c. cum omnes de constitu. Vbi dicit, ꝙ in-
56 ter canonicos, † vbi ꝑbendæ nõ sunt distinctæ, respectu eorum, quæ dantur pro vestimentis, & alijs necessarijs, debet fieri distributio, secundum merita personæ, & conditionem cuiuslibet. Quia plus debet dari doctori, vel nobili, aut in dignitate constituto, q̃ simplici clerico, & idiotæ. Et ideo dicit Bal. in. l. sed etsi quid, ff. de vsur. quod Abbas debet cæteris melius indui. Benefacit glos. in. c. conquerente de cleri. non resi. & in. c. clericus ab instand. xxi. q. j. iuncta glos. in. c. cum adeo de rescrip. quæ

volunt, quod in considerandа sufficientia beneficii attendatur nobilitas, & dignitas clerici. Cum ergo propter curam & dignitatem grauentur maioribus laboribus, & expensis, conueniens fuit releuare eos in maiori summa. arg. l. eum qui. ff. de iure iuran. & c. cum secundum apostolum, de præben. ibi, qui ad onus eligitur repelli non debet a mercede, cum multis aliis concor. ibi in glo.

57 ¶ † Postremo sciendum est, quod summa, & valor in gratiis expectatiuis consideratur secundum taxationem decimæ, non autem secundum communem estimationem, prout in literis exprimitur quod respicit commodum, & fauorem expectantium, vt possint habere beneficia pinguiora. Nam beneficium, quod secundum communem estimationem est valoris centum, & viginti ducatorum, secundum taxationem decimæ est octuaginta. Creuerunt enim beneficia per industriam beneficiatorum, & ideo diligentia, & industria eorum non debet esse illis, vel successoribus damnosa. l. fi. C. de alluuioni. cum aliis per glo. notatis in. c. cum clerici. de pac. ¶ Sed quid si per iniuriam, & inaduertentiam scriptoris, qui scripsit bullam reperiretur scripta summa, seu valor, non secundum taxationem decimę, prout solitum est scribi, sed secundum communem estimationem & expectans acceptaret beneficium, quod secundum taxationem decimæ caderet in sua gratia, excederet tamen secundum communem estimationem, an talis erronea expressio sibi præiudicaretur, & certe casus est dubius, videtur enim prima facie dicendum, quod error huiusmodi nihil officit veritati, prout in simili expresse dicit tex. in. l. si in nomine. C. de test. & clarius in. l. errore. C. eo. tit. dicitur, quod error scribentis veritati non nocet. Et ideo dicit ibi Bald. quod si erratur in eo, quod pertinet ad officium scribentis, puta in dictione, tunc præsumitur error scribentis, qui non debet parti nocere: & ita videtur dicendum in hoc casu: quia ad officium scriptoris apostolici spectat scribere summam, prout scribitur in regulis cancellariæ, circa regimen expectatiuarum, quæ pro maiori parte non sunt de dandis: quia concernunt modum, & formam expeditionis literarum, & respiciunt officiales, & non iudices. Nihilominus his non obstantibus, puto, quod talis erronea expressio noceat expectanti, ita, quod teneatur stare summæ in literis expressę, & non in regula cancellariæ. Et hoc erit ei minus damnosum, ne alias careat his in totum.

Nam certum est eo ipso, ꝙ producuntur literæ in quibus non apparet seruatus stilus communis Romanæ curiæ, nec rationabilis cursus cancellariæ in huiusmodi literis seruari cõsuetus, illæ de falsitate suspectæ sunt, nec est eis fides aliquatenus adhibenda, vt tenet Panor. in.c. ex parte.ij. de offi. de leg. & in.c.j. vt lite penden. per glos. ordinariam, & approbatam in.c. porrecta de confir. vtili. per quę consuluit Roma. consil. ccclxxvj. incip. quæstio est. ꝙ si in expectatiua deficiunt illa verba, de quibus in.c. cum in illis, de præben. li. vi. videlicet ad collationẽ præsenta. electionem seu &c. Ei tanquam de falsitate suspectæ fides non adhiberetur, ex quo illa verba secundum stilum Cancellariæ sunt consueta apponi. Igitur in proposito nt talis grati : reijciatur in totum tanquam suspecta iudicanda erit secundum valorem expressum in gratia. Et ita alias fuit iudicatũ in rota. Reliqua super expressione valoris, quæ desiderari hic poterunt, petenda sunt ab his, quæ latius dixi in regula de valore exprimendo.

¶ Hactenus dictum est de quinq; principalibus formis expectatiuarum in canonicum creatum cum declarationibus oppotunis ad vnamquamq;. Restat solum declarare quædam verba, quæ apponuntur in executorijs expectatiuarum, videlicet inquantum per literas executorias mandat papa certis executoribus, † vt illũ pro quo

59 sic scribit, recipi faciant in canonicum illius ecclesię quę verba ꝙ canonicos creatos per papam intelliguntur de receptione facti, scilicet quantum ad ea, quæ in facto consistunt, hoc est, vt assignentur eis loci in capitulo & stallum in choro cum plenitudine iuris canonici. Et de ista receptione, prout in facto consistit loquitur tex. in.c. capitulum de rescript. & in.c. cum cui de præben. lib. vj. Differt autem ab alia receptione quę potest dici receptio iuris & facti, prout quando mandat Papa capitulo alicuius ecclesiæ, vt illum pro quo scribit, recipiant in canonicum, & in fratrem, & conferant ei ius canoniæ, & fraternitatis. Differt enim ista secunda a prima in aliquibus. Et primo, quia receptus per secundam causat ius a recipiente, & sic censetur ordinaria, non apostolica authoritate receptus, c. cum aliquibus de rescript. lib. vj. quod ẽ vtile scire propter illud, quod dicitur in.c. hi, qui & in.c.

ñ a sede.de præben.lib.vi.cum ibi nota.per docto. Secun-
do differt in alio,quia per præsentationem literarum in for-
ma secunda non afficitur præbenda. Immo canonici, qui-
bus sic scribitur,possunt occurrente vacatione, eam alteri
conferre,& tenebit collatio,c.dilectus,el.ii.de præben. Nisi
vigore talium literarum,fuisset ille iam in canonicum rece-
ptus,& admissus,vel in literis contineretur decretum irri-
tans,aut si executor ad compellendum inhibuisset,quibus
casibus,vel aliquo ipsorum censetur affecta præbenda,aľs
minime: vt est casus in.c.si soli.de conces.præben. At quã-
do scribitur primo modo , etiã anteq̃ recipiatur ille ad ea,
quæ sunt facti, afficitur præbenda propter canonicatum,
quẽ habet ex creatione papæ.c.si postq̃.de præben. lib.vi.
Et infra mẽsem ligatæ sunt manus ordinarii.cle. vnica.§.
secus.de conces.præbẽ.iunctis his,quæ scribit Card.zaba.
consi.ciiii.incip.post redditum consilium,in fi.

80 ¶ Tertio differt,quia secundam receptionem,quæ est iu-
ris,& facti,non possunt facere canonici excommunicati,
vel suspensi. Primam no.sic,ex quo in nudo facto consistit
ßm Fede.de Senis consi.ccxc.incip.quia in præsenti.faciũt
notata in.c.si celebret.de cleri.excom. Et ista ratione dici-
mus,ꝙ acceptatio, & optio facta ab excõmunicato valet:
quia consistunt in facto. Prouisio autem,quia est iuris , ab
illo facta non tenet: vt est decisio.cxcv.incip.acceptatio fa-
cta.in no.& decisi.cxxvi.incip.no. ꝙ excommunicatus.in
antiquis. Quod est verũ,nisi ille, cui executor excommu-
nicatus prouidet,hoc ignoret , nam tali casu valeret rece-
ptio,prouisio,& similia: vt est decisio.cxxviii.in antiquis,vt
ibi dicitur,non inspicitur persona, quæ prouidet , sed cui
prouidetur. Et eodem modo pñtatio,quia habet adminicu-
lum iuris,fieri non potest a patrono excõicato: vt in deci.
clxi.& dxxvii.in antiquis. Quod ꝓcedit in clerico,qui va-
riare non potest,secus est in layco: quia illa est mere facti:
vt me pñte,tenuit Rota in vna Zamoreñ. coram R.P.D.
Io.Clerici de mense Martii,1533. Et quod dictũ est,cano-
nicos executores,quando sunt excõicati,non posse aliquẽ
in canonicum,nec patronum pñtare,forte procederet, qñ
illi essent publicati,& declarati, secus vero si simpľr excõi-
cati essent propter extrauagantẽ Martini, de qua pluribus
locis meminit Fely.præsertim in.c.ad probandũ.de re iud.

¶ Quarto, & vltimo, quia secunda receptio debet fieri a canonicis collegionaliter congregatis in capitulo. Prima vero possunt canonici vt singuli, & sic separatim, secundū Inno. in. c. bone. lo. ii. de postu. prælat. & Archid. in. c. si capitulum de concess. præben. li. vi. illa enim receptio, vt sæpius dixi, est executio nudi facti, consequenter potest fieri p canonicos singulariter, & separati. p illud, qd dicit glo. i. c. i. i verf. tract. de reb. eccl. nō alien. li. vi. p quæ clare cōstat, qd importet illa verba, in executoriis recipi i canonicū &c.
¶ Vltra formas pdictas i canonicū creatā sūt & aliæ formæ expectatiuarū hñtes diuersos modos, & diuersos effect⁹.

61 ¶ † Sexta igitur forma in ordine est, quando in duabus collationibus datur ad largam, videlicet vnum, vel duo beneficium, seu beneficia, etiam si alterū cum cura, aut decanatus, &c. seu dignitas vel personatus, &c. dummodo dignitas ipsa, &c. ad venerabiliū fratrū nostrorū, &c. Expectās in ista forma potest obtinere duo beneficia, vnum in qualibet collatione, ad summam in literis expressam, etiam si alterū sit curatū, prout dicitur in literis. Quæ verba exprimuntur cū mysterio, quia alias curatū nō includeretur. c. cū illis in prin. de præben. li. vi. Et φ in curatis maior, q̄ in aliis idoneitas requiritur, dixi in regula de idiomate, præsertim. in. q. xi. & aliquid in prima. q. Et hoc manifesta ratione apparet, quia cura animarum est ars artium, & salus animarum. c. pe. de æta. & qualit. Item illa verba important & aliud, quia poterit acceptare ambo simplicia, vnū qualibet ad summam, quæ datur in simplicibus, φ innuit dictio implicatiua, etiam, quæ de sui natura idem implicat in alio casu, secundum glos. in cle. prima in verbo, etiā de sequestra. posses. & Domi. lxv. in. iiii. col. Dicitur insup in huiusmodi literis ad largā, quod possit acceptare canonicatum, & præbendā in cathedrali, vel collegionata ecclesia. Alias si hoc non diceretur in literis, non posset conseq præbendā, quia illa non includitur appellatione bñficii in materia stricta, secundū Archid. & moder. in. c. cui. de nō de pben. li. vi. per illud, quod dicitur in. c. quamuis eod. ti. li. vi. & sic isto casu non habet locum tex. in. c. tua nobis de verbo. signifi. cū ibi notatis. Contrarium tñ voluit Calde. consi. xxxi. ti. de preben. nisi dicamus prædicta pcedere qñ nō fit mētio de bñficiis ecclesiæ cathedralis, secus si diceret

duo beneficia etiam in ecclesia cathedrali, quia tali casu includeretur canonicatus, vt dicit Calde. Tamen in omnem euentum capiet canonicatus aliarum ecclesiarum inferiorum, vt in.c. si eum & c. dudum de præben.li.vj. & in.c.fi.de præben.sequitur Cald.in.d.consil. xxxj.& sequitur late Fely. in.c.in nostra.in.xxxix.corr.de rescrip. Item dicitur de dignitate persona.administ. vel officio, dummodo aliqua dignitatum prædictarum in metropolitana vel alia cathedrali post pōtificalem maior, aut collegiata principalis non existat. Ista verba apponuntur ex cum mysterio, quia si hoc non exprimeretur in literis, non posset consequi aliquam dignitatem, quæ in materia restringibili non includitur : appellatione beneficij, vt notatur in.c.cum in illis de præben.li.vj. Item, ideo dicitur dummodo in cathedrali maior, aut collegiata principalis &c. Ista verba ponuntur alternatiue isto respectu, quia si dignitas principalis in collegiata haberet secundam sedem in cathedrali & sic non reputaretur maior post pontificalem, certe non caderet in literis huiusmodi, quia ex quo in illis dicitur alternatiue, vt supra licet talis dignitas non sit maior in cathedrali post pontificalem, est tamen principalis in collegionata. Sufficit autem alteram partem alternatiue esse veram.c.inter cæteras cum concor.ibi, in glos. de rescript. Vnde licet cesset vnum impedimentum, vt quia non est maior post pōtificalem in cathedrali, remanet tamen aliud, quia est principalis in collegiata. Et ideo alio impedimento remanente, remanet prohibitio.arg. tex. in .§. affinitatis insti. de nupt.& in.l.ventri.§.in bonis.ff.de priuil.cre. cum similibus. Dicitur etiam de integra, vel dimidia portione, quando in ecclesia sunt integræ, vel dimidiæ portiões, prout sunt in Hispania. Item poterit acceptare beneficium seruitorium, licet in literis de seruitorio non exprimat, de quo latius dixi in prima forma.

62 ¶ †Restat vnum dubium, nunquid habens expectatiuā in ista forma, possit in qualibet collatione acceptare duo beneficia non excedentia illam summam, puta duo simplicia quadraginta ducatorum. Insimul Ioan.And.in.c. quamuis primo de præben.li.vj. tenuit, quod possit plura minuta beneficia, vsque ad illam summam. Pro qua opinione

nione facit ille tex. dum dicit si alicui vsq; ad certam summam prouideri mandamus ei, nõ in pensione, sed in beneficijs ecclesiasticis tantum volumus prouideri. Pondero, dum in plurali dicit in beneficijs, ergo intelligit ad minus de duobus regula pluralis loquutio de re. iur. li. vj. cũ vulga. propterea satis est, ꝙ non excedant illam summã, quamuis sint plura, quia pluralitas videtur tollerabilis ꝑpter tenuitatem beneficiorũ, arg. c. cam te in fi. de æta. & quali. & ideo solet dici, ꝙ obtinens tria insufficientia beneficia, non dicitur sufficiẽter beneficiatus, vt dicit deci. 445. incip. si legatus in nouis & notatur in. c. is cui de ꝑben. li. vj. contrariam opinionem tenet hostién. in. c. cum dilectus de iur. patro. quæ seruatur in practica, & habet æquitatem, & rationem in se, quia non est de intentione papæ, velle grauare eundem collatorem in pluribus beneficijs, nisi aliud exprimat. c. mandatum de rescript. & ideo si hoc casu acceptaret duo in eadem collatione, con sumeret gratiam in primo acceptato. c. si clericus, cũ ibi notatis de præben. li. vj. & hoc quatenus primum sibi debeatur: alias dimisso illo, poterit aliud acceptare, dũmodo primum acceptauerit, cũ protestatione solita, vt moris est secundũ Archid. in. c. ne captandę de ꝑben. li. vj. & ponunt Domini de rota decisio. 142. inci. nota. ꝙ vbi est in antiquis & Domi. consi. lxxviij. in. ii. col. & ĩ. c. cũ ĩ multis de resc. li. vj Nihilominus ista opinio nõ procedit in præstimonijs, & beneficijs simplicibus in Hispania, ꝑ ea q̃ dixi in forma prima, de qua domi. Guliel. aliqua dixit ĩ quadã decisione posita inter extrauagantes.

¶ Sũt & aliç formç expectatiuarũ, quæ variantur ex ꝑsonis eorũ, quibus conceduntur, prout apparet ex infrasc.

63 ¶ † Septima igitur forma est, qñ gratiç expectatiuç cõceduntur ꝑlato, qui si habet possessionem pacificã suç ecclesiæ, & episcopatus, & vult habere bñficia ĩ titulũ, oportet ꝙ in literis ponatur dispẽsatio: videlicet, vt illa bñficia possit obtinere, & tenere vna cũ suo episcopatu: alias sine dicta dispẽsatione nõ daretur gratia episcopo ad bñficia in titulũ quia illa cũ episcopatu censerentur incompatibilia. Hinc est, ꝙ beneficia promoti ad ecclesiam vacant post consecrationẽ, & adeptã possessionem. c. cũ in cunctis. §. cum vero de electio. & in. c. post electionẽ iũcta

glo.in verbo confirmationem.de concesſ præben. Si ergo episcopus per ꝓmotionem eiicitur a prioribus beneficiis, quæ ante promotionem obtinebat:certe multo minus admittitur ad alia de nouo obtinenda in titulum, ſine diſpen
64 ſatione.† Quia turpius eiicitur,q̄ non admittitur hoſpes. c.quemadmodum.de iure iuran.Et multa prohibenẽ fieri quæ iam facta tenent.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Hac igitur de cauſa ponitur in literis diſpenſatio,quæ datur iſto caſu,ex quo eſt neceſſaria ad effectũ gra
65 tiæ:†Licet al's in expectatiuis non detur diſpenſatio: quia cum ſint omnes motu proprio,non bene ſonat diſpenſare motu proprio.Nam ad poſtulationem partis concedũtur diſpenſationes:ſed ſi dãtur dicta beneficia prælato in commendam,non eſt neceſſaria diſpenſatio,ſed ſatis eſt, quod dicatur,vt poſſit tenere illa beneficia vna cum epiſcopatu, vel cum eccleſia magna,cui præeſſe dignoſcitur.Simile eſt quando cardinali prouidetur de beneficio regulari: quia ſi datur in commendam,ſatis eſt, ꝙ dicatur, ꝙ poſſit illud tenere,vna cum aliis beneficiis,quæ obtinet, Al's ſi datur in titulum,tunc debet poni in fine diſpenſatio: vt illud poſſit
66 obtinere.†Ex quibus apparet,ꝙ commenda non dat verum titulũ in beneficio.Pro quo bene facit textus in.c.dudum eccleſia.de electionibus.vbi dicitur, ꝙ quamuis non liceat alicui regulariter duas eccleſias habere in titulum cõ ferentem ius in eis:tamen licitum eſt habere vnam in titulum,alteram vero in commendam. Ergo patet,ꝙ commẽda non dat verum titulum,de quo tamen latius dico in regula de idiomate in quinta quæſtione.& latiſſime ſuper regula de triennali quæſtione quarta. Vbi hoc limito, & declaro multis modis. Epiſcopis autem vltramontanis non datur expectatiua,quando tamen conceditur,tunc beneficia dantur in titulum cum diſpenſatione,& non in cõmendam,vt ſupra.
67 ¶†Octaua forma,qñ conceditur gratia expectatiua alicui regulari,dicitur iſto modo. Volentes itaque tibi præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere ſpecialẽ, beneficium eccleſiaſticum cum cura, vel ſine cura, per monachos talis monaſterii, talis ordinis gubernari conſuetum, cuius fructus & cætera. Iſta forma extenditur ad beneficium regulare,prout ſonant illa verba, per mona

chos gubernari consuetũ, & ad hoc vt debeatur tale bñfi cium hmõi expectandi oportet, ꝙ fiat mentio de illo mo do pmisso, vt ex hoc colligatur, gratiam suá ad seculare curatũ non extendi, non solũ, quia in gratia illud non ex primitur: sed quia necessaria est ad tale bñficium dispen satio pro monachis, & fratribus mendicantibus, cũ qui bus dispensatur ad vnũ tale dũtaxat, ad duo cũ difficul tate præterꝙ in Anglia, vbi datur ad vnum seculare cũ cura, vel sine cura, non tamen ad dignitatem persona. ad ministrationem vel officiũ. Sed fratribus sancti Io. Hiero solimitanis &c. Non datur dispensatio ad obtinendũ bñ ficium seculare, vel alterius ordinis regulare. Nã & bene ficia illorũ non dãtur clericis secularibus, nisi in titulum. Est tñ circa hoc vnum aliud notandum: quia videtur, ꝙ quando cõceditur simpliciter gratia regulari, de primo beneficio vacaturo, non oporteret fieri mentio de regula ri, quia eo ipso fm qualitatem personæ, pro qua scribit intelligitur de tali, sicut videmus in gratia cõcessa cleri co ad bñficia vacatura, ꝙ in ea non includitur bñficium solitũ regi per laicũ secundum rotã deci. lxvij. tit. de resc. in antiquis. nã bñficia, quæ cõferri debẽt, debẽt itelligi se cundum qualitatẽ personæ, vt dicit Gemi. in. c. fi. §. j. cir ca fi. de offi. dele. li. vj. & reassumit late An. sicul. in. c. pos sessiones in. ij. notabili, de reb⁹ eccl. nõ alienan. & alibi sæ pe & tenet Fely. in. c. in nostra. in. xxij. cor. de resc. & vt di
68 catur bñficiũ regularẽ, debet intelligi, † ꝙ per. xl. annos continue, & pacifice ab vno: vel pluribus monachis, in eo extitit gubernatũ, vt est casus in. c. cũ de beneficio. iuncta glos. in verb. modũ de pben. li. vj. satis est ergo, ꝙ per spa tiũ tanti tẽporis fuerit gubernatũ p monachos, licet pri mæuus status illius fuerit secularis, id ẽ per antea fuerit beneficiũ seculare. Cursus enim temporis quadraginta annorũ tribuit statum de beneficio seculari in beneficiũ regulare, & de regulari in seculare, secundũ dominos de rota. deci. xxxij. incip. fuit dubitatũ in nouis per tex. in. d. c. cũ de beneficio per quem dicit eleganter in simili Pet. de Ancha. consi. 162. incipien. in quæstione ecclesiæ &c: ꝙ ecclesia probatur nõ curata, si a quadraginta annis ci tra collegiata fuit, tanꝙ non curata. Et sic postea cõtinue sit possessa, dato, ꝙ antea probetur, fuisse curata: quia vt

dixi cursus tanti temporis tribuit statum beneficio. De quo tamen videndum est late per Fely. qui studio perti naci voluit ampliare tex. in dicto capitulo cum de bene ficio in.c.in nostra in quarto corr. de rescript. Et est ad uertendum, q ante clausulam non obstante solet in tali expectatiua dici, videlicet, decernentes te, q primum vi gore præsentium huiusmodi beneficium fueris pacifice assecutus, de primo monasterio ad primum monasteri

69 um illius ordinis transferen. &c. † Datur igitur gratia ad beneficium regulare alterius ordinis, cum translatio ne, id est, vt ad illud monasterium, ad cuius collationem beneficium assequitur, transferatur. Quia rationi non congruit, vt homines disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem monasterijs socientur dicit tex. in clem. j. de electio. Et est notandum, q regularibus non datur licentia se transferendi, nisi ad parem, vel arctiorem or dinem. Et tunc consueuit addi de licentia superioris, ni si causa infirmitatis, vel subuentionis parentum, aut ini micitiæ capitalis cum superioribus, vel nisi monasteriu sit redactum ad strictiorem viuendi modum, vt hæc om nia latissime probo in tract. meo, de offic. & potest. offi cij sacræ pœnitentiariæ, & in Apologia ad. S. D. Paulum, contra superiores ordinum conuentualiu responsiua ad aliam eorum accusationem contra prædictum officium, cuius regentis officium indigne gero dico etiam late in præcedenti tracta. breuium. Item non datur clericis se cularibus neq religiosis eiusde ordinis expectatiua ad di gnitatem conuentuale vel officium claustrale, nisi qualifi catis, & illis ad vnum tantum conuentuale, ad claustrale non datur, nisi tantum regularibus secundu aliquas for

70 mas, in quibus dicitur, etiam si alteru claustrale &c. † Sed si datur gratia monacho ad beneficium seculare, quod raro fit, maxime curatum, oportet, quod prius habeat di spensationem, vt tale beneficiu obtinere possit. Et tunc effectus dictæ dispensationis debet poni in principio lite raru ibi ex istis, & cui nos dudum &c. Sine dispensatione autem tale beneficium obtineri non potest, quia mona chus mortuus est mundo, licet deo viuat. c. monachus & c. placuit. xvj. q. j. & i. l. Deo nobis. C. de epi. & cler. sed p assumptionem ad ecclesiam secularem maxime curata,

resuscitatur. Et ista resuscitatio est miraculosa, ergo vt re surgat, & ciuiles actus exerceat, opus est dispensatione. Et ita per istam rationem tenet decisio. rotæ. ccccIxxxiii. inci. collatio. in nouis. & Egidi. de Bella. conclu. dccxiiii. incipi. collatio. Sed vt dixi, non solent concedi literæ regularibus ad beneficia secularia, neq̃ transeunt per cãcellariam. arg.
71 tex. in. c. in noua actione. xvi. q. vii. † Dum dicit, in vno eodemq; officio non debet dispar esse professio, dicente Mose, de quo habetur in clemẽ. i. de electio. Non arabis in boue, simul & asino. Idem homines diuersæ ꝓfessionis in vno officio simul non sociabis. Et ideo in expectatiua pro monacho, si petatur ad duo beneficia secularia, vel regularia, ponitur clausula, videlicet, ad vnum beneficiũ sui ordinis in titulum. Eadem ratione prohibetur, ne prioratus aliquis siue administratio committi alicui, vel conferri possit, nisi expresse professus fuerit ordinem monachalem: vt est casus in clemen. ne in agro. §. sane. ii. de statu monach. & ponit Egidi. conclusione. lxxvi. incipien. non expresse professus. &c. Et hoc nisi habeat dispensationem, vt dixi in regularibus, respectu secularium beneficiorum, vel nisi concedantur literæ in forma cupientibus proficisci, in qua conceditur clerico seculari beneficium regulare in commendam vsq; ad sex menses, a die pacificæ professionis computandos: & deinde in titulum cum opportuna habitus assumptione, & professionis regularis emissione, quasi iam destinatione animi cẽseatur religiosus, per illud, quod dicit gl. fi. c. ii. de institu. & decisio. rotæ. cccxii. in antiquis. & l. pen. ff. de testamen. mili.

72 ¶ † Nona expectatiue forma dicitur pauperum clericorũ expectantium, quæ taliter concedi solet, videlicet. Dilecti filii &c. Præcibus inclinati, mandamus, quatenus de vita, & cõuersatione ipsius, N. q vt asserit &c. Nono pono istã formam, hic extense, ad longum, qa statim reassumam, singulas eius partes declarãdo, quid importent, & cur ita scribatur in ista forma, quæ post annũ non datur: vt vult regula, nisi vlterius prorogetur, put soliti sunt facere aliqui põtifices. Pro cuius euidentia sciẽdum est, ꝙ huiusmodi literæ, quæ concedũtur pauperibus clericis ad beneficia, potius dicuntur
73 tur literæ iustitiæ, q̃ gratiæ. † Quia iustum, & rationabile est, clericum beneficiari, ex quo deputauit se seruitiis

diuinis,& non habet aliud beneficium, secundum Ioan-
nem Andre.& Domin.in.c.si pauper de præben.li.vi.Iu
stum est ergo, vt dixi, clericum pauperem beneficiari, quia
cum sit miles cælestis militiæ, vt dicit tex.in .c. degrada-
tio.de pœnis li.vj.& glos.in.l.miles.ff.de re iudi.certe nõ
debet proprijs stipendijs militare.c. cum secundum de
præben.& ideo per illum tex.dicunt ibi doctores, quod
licite pauper clericus locat operas suas spirituales ad
hoc, vt inde viuat, secus si habet beneficium, de quo pos
sit viuere facit glos. in.c.significatum eo.titu.Istæ eædem
literæ appellantur in forma communi secundũ Panor.
in.c.postulasti in.iij.notabili de rescript. quia olim papa
non solebat grauare ordinarios in collatione beneficio-
rum, nec concedebat literas gratiosas, sed scribebat con-
tra ordinatores, vt ipsi prouiderent illis, quos promoue-
rant ad ordines sine titulo, vt patet.c.episcopus.&.c. non
liceat de præbend.eo quod ad obtinendum ecclesiasticum
beneficium, eos debebant idoneos reputare, quos ad or-
dines susceperunt .c.accepimus de æta.& qualit. appel-
latur etiam in forma speciali, vt est dec.cvj.in no.&.463.
in antiquis & mihi in verb. gratia numero. 28. appellan-
tur etiam in forma, cum secundum apostolum, quia sunt
super illo dicto Apostoli fundatæ qui altari seruit &c.d.
c.cum secundum de præben.prædictis ergo de causis hu
iusmodi literæ sunt appellatæ de iustitia.Possunt tamen
aliquo respectu dici gratiosæ, vt ponunt moder .in. d.c.
postulasti & potissime ea ratione, inquantũ conceduntur
magis vni, quam alteri, puta existentibus in curia. Licet
enim collator ordinarius necesse habeat conferre bene-
ficium, non tamen magis necessitatur isti, quam illi, &
ideo si conferat vni, vel alteri, gratiam illi facit & dicitur
erga illum liberalitatem exercere vt dicit pulchra glos.
in.c. relatum de præben.& tenet zenze.in extrauag.xxij.
suscepti in verbo gratię. Est ergo gratia, & liberalitas in
cui dando, vt dicit glos.pulchra, in.c.fin. de offi.vica.lib.
vj.& in.c.quamuis in verb. pensionem de præben .eo.li.
& sequitur Alex.in consil.clxxxx.col.penult. lib.ij. Lanf.
in tract. arbit.in tertia colum. Et ideo hac de causa in
principio literarum dicitur, dilecti filij talis clerici sup-
plicationi inclinati &c. Ad ostendum, quod per concessionẽ

talium literarum fit gratia illi, pro quo scribitur. Alias, si concessio esset omnino necessaria verba illa non præmitterentur, quia frustra præcibus impetratur, quod de iure communi conceditur. l. j. C. de thesau. li. x. l. j. ff. ad municip. & in l. si quando, C. de inoffi. testa. & est vlterius considerandum quod iste literæ iustitiæ siue in forma pauperum possunt etiam alijs respectibus dici gratiosę, nam cum papa solutus sit legibus iuxta vulg. c. proposuit de concess. præben. certe tales literas non astringitur de iure concedere cum posset remittere impetrantem ad suum ordinarium dicitur igitur in hoc papa gratiam concedere in quo non astringitur & hoc sentit Abb. in. c. nonnulli in primo notabili per illum tex. de rescript. Item possunt dici iste literæ gratiosę quia sicut in executoribus datis per literas mere gratiosas non requiruntur qualitates. c. statutum isto titulo ita neque requiruntur in executoribus datis in forma pauperum, quod tamen procedit quando literæ diriguntur ordinario extero qui non tenebatur alias ordinato prouidere & tunc huiusmodi literę pauperum dicuntur gratiosę, & in talibus non habet locum. d. c. statutum secus quando dictæ literæ pauperum diriguntur ordinario, qui alias de iure prouidere tenentur quia tunc literæ tales dicuntur vere iustitiæ vt declarat notabiliter decisio. vij. titulo de rescrip. in antiquio. circ. fi. & hoc sequitur gemi. in rep. c. postulasti de rescrip. & Ioan. Bapti. de sancto Seuerino in notis gratiarum. Ex prædictis ergo colligitur, quare statim post principium literarum dicuntur illa verba videlicet, qui vt asserit, beneficium ecclesiasticum aliquod non obtinet, quia vt paret ex præmissis non prouidetur in ista forma, nec conceduntur literæ clericis beneficiatis, cum non possint tunc dici pauperes, alias literæ dicerentur subreptitiæ arg. c. significantibus de offi. delega. ibi, cum nobilis esset, & diues, pauperem se dixit. Item propter aliud dicuntur illa ver-

74 ba, beneficium aliquod ecclesiasticum nō obtinet, † quia vt patet, si obtineret pensionem, nihilominus posset expedire literas, in hac forma eo, quod pensio non dicitur beneficium ecclesiasticum, licet quantum ad religiosos cedat loco beneficij, sed regulariter non dicitur beneficium ecclesiasticum ex quo consistit in sola tēporalitate.

neque assignatur in titulũ, vt ponit Domi.in.c.quamuis in fine principij de præb.li.vj.& dixi in regula, de infirmis resignantibus. Immo plus dicit decisio rotæ inci.nota quod pauper.numero.210.in antiquis, ꝙ taciturnitas pensionis non reddit gratiam pauperis subreptitiam, licet sit assignata in titulũ de auctoritate episcopi, ex quo non est pensio perpetuo assignata, & constituta iure beneficij, ita ꝙ transferatur de persona in personam. Item tenet alia decisio .xj.incipien.verum intitulatus sub titu
75 lo de præben.in antiquioribus.† Vt dicitur ꝙ pensio nõ dicitur titulus perpetuus, & spiritualis, quia moriente eo, cui est assignata expirat. Hoc etiam sentit Oldr. consil.clxviij.incipi.ad primam quæstionem, vbi tenet, ꝙ soluens pensionem, dicitur beneficiatus, non eam recipiẽs ex quibus videtur concludendum, ꝙ obtinens pensionẽ potest expedire literas in ista forma pauperum, de iure communi Domi.tamen in.c.postulasti, ad finem de rescrip.quem refert ibi, & sequitur Fely.in tertia declaratione, tenet contrarium, motus ista ratione: quia papa intendit per concessionem harum literarum solum subuenire, & opitulari paupertati clerici. Sed ex quo habet pẽsionem de qua viuit, certe satis est prouisum eius paupertati, sicut si esset ipsi assignatum patrimoniũ pro titulo. vnde istis casibus videtur cessare ratio propter quã cõceduntur literæ. Si enim volens expedire literas in forma pauperũ, exprimeret se habere patrimoniũ sufficiẽs, aut pẽsionẽ congruentẽ certe, vel nullatenus haberet gratiã in ista forma, vel non ita de facili, & pro ista opinione benefacit tex.in.c.clericos.j.q.ij.qui loquitur in literis de iustitia, secundũ docto.ibi & prohibet habenti sufficiens patrimoniũ occupare stipẽdia, & beneficia ecclesię, quæ dicuntur esse panis pauperum, tandem propter prædictas opiniones doctorum & rationes, hinc inde facta est
76 vna regula, qua cauetur, † ꝙ obtinens beneficia .xxiiij. librarũ, aut alterius similis monetę, & similiter ꝑcipiẽs pẽsionem annuã similis valoris, & summæ super fructibus, possunt in cõmuni forma pauperũ literas ĩpetrare: ita tamen, ꝙ per assequutionẽ alterius, alia dimittere teneanť & pẽsio cesset, & expiret. Et ista regula est multũ æqua & iuridica, in quãtũ primo disponit, quod obtinẽs bñficiũ,

vel penſionẽ vſq ad ſummam prædictã, non excludat ab ĩpetratione literarum in cõmuni forma pauperũ, & poſtea vult, ꝙ p aſſecutionem alterius, alia dimittere te neantur, quod eſt conſonũ, & conforme iuri cõmuni, vt notatur in.d.c.ſi pauper clericus per rationẽ, quæ ibi exprimitur, ſed quia ceſſat cauſa, ceſſat &c.

¶ Vlterius pro declaratione dictæ regulæ notandum eſt dum dicit, ꝙ non habentes poſſeſſionem beneficiorum in quibus ſe iu habere aſſerunt, & ſuper quibus litigant cuiuſcunq valoris annui, poſſunt in communi pauperum literas impetrare. Vult ergo regula, in hac parte,

77 prout innuunt verba prædicta a contrario ſenſu, † ꝙ habens poſſeſſionem beneficij cum titulo, licet dicta poſſeſſio non ſit ipſi pacifica, vt quia litigat ſuper titulo beneficij, talis non poterit in hac forma literas impetrare, ratio eſt, quia ex quo percipit fructus, ſatis eſt prouiſum eius paupertati: & ſic ceſſat cauſa, propter quam conceditur gratia in hac forma, prout in ſimili, de habente penſionem tenet Domi.in.d.c.propoſuiſti quem ſuperius retuli. Præterea regula in illis verbis non requirit pacificam poſſeſſionem, prout facit tex.in.c.de multa de pben.c.commiſſa de electio.li.vj.c.licet epiſcopus de præben.eo.li.& extrauagans, execrabilis in quorum iurium caſibus non ſufficit poſſeſſio turbulenta & litigioſa, vt in eis notatur, & ponit deciſio rotæ .xxxvj. incip. nota, ꝙ vbi aliquis in antiquis & .lxj.in nouis ſed ſimpliciter dicit de nõ habentibus poſſeſſionẽ beneficiorũ, vt poſſint ĩpetrare in iſta forma. Ergo vult a contrario ſenſu, ꝙ habentes poſſeſſionem, non poſſint, licet poſſeſſio non ſit pacifica, ſed turbulenta, per rationem de qua ſupra, & ar

78 guendo a dicta ratione, ĩfero, † ſi poſſeſſori bñficij moueatur lis ſup ſua poſſeſſione ita quod non pcipit fructus bñficij, licet incumbat poſſeſſioni, poterit nihilominus impetrare in forma pauperum, quia tunc ex quo non percipit fructus, pinde eſt ac ſi poſſeſſionẽ nõ haberet p illud, quod dicit gloſ.in.c.ſi tibi conceſſo.in verbo vacare de pben.li.vj. vbi vult p illũ tex.quod promotus ad epiſcopatum, etiam poſt conſecrationem, & adeptam poſſeſſionem, ſi fructus dicti epiſcopatus non percipit, vt quia ex cauſa aliquo tempore alteri debentur, quod propter

hoc priora eius beneficia non vacant, sed possit ea interim retinere. Quod etiam tenet Roma. consil. cccxxxv. incip. circa primum & alio consil. cccxlv. Ex prędictis patet declaratio ad ea, quæ dicuntur in prima parte proœmij literarum in ista forma, in quibus subsequenter dicitur, & quem per certos examinatores super hoc a nobis deputatos de literatura examinari fecimus diligēter, &c. Circa istam particulam sciendum est, ꝙ sub illis verbis, de literatura examinari fecimus, continentur tria, † quia
79 examinatores examinant de tribus, videlicet, si bene legit si bene construit, & si bene cantat. Quorum saltem duo debent concurrere, secundum Dominic. in. c. si pauper clericus. Vbi subijcit, ꝙ quo ad partes Gallicanas, plus ponderant cantum, quam constructum. Hoc autē prius induxit Gregorius vndecimus, per quandam suam regulam. Vbi voluit, ꝙ in Vasconia & Hispania requirerētur ad minus duo ex istis tribus competenter interuenire, licet male se haberet in cantu. Itaq; satis colligebatur ꝙ in alijs prouincijs requirebatur ad minus sufficienter cantare. Et idem statuit Benedictus decimus tertius. Et postea sequuti sunt alij successores aliq̄ua addentes, prout temporis opportunitas suasit, facta autem examinatione ī premissis, & eo reperto idoneo ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, rursus papa mandat in eisdem literis solerter inquiri de vita laudabili, & honesta illius clerici, & de eius conuersatione. Dignoscitur autem vita laudabilis ex operibus, & abstinentia vitiorum, secundū Panor. & Car. in cle. cum ei quem de concess. præben. Nec sufficit isto casu præsumptio naturæ, vt in. c. vnico. de scrut. & in. c. fi. de præsumpt. Nam ex quo agitur de aliquo promouendo, & beneficiando, probari debet bonitas, vt dicit cardinalis in. d. clem. & sequitur Decius in
80 c. ij. in. ij. col. de electio. † Et hoc regulare est, ꝙ quando quis aliquid petit, probare debet se esse bonum, & idoneum. Et præsumptio naturæ, de qua in. d. c. vnico & in. l. merito. ff. pro socio non habet locum nisi quando quis se defenderet, vt dicit Bar. post glos. ibi in. l. qui iurasse §. si pater. ff. de iur. iur. sequitur Deci. in. l. si emancipati in. iij. notabili. C. de colla. Et tunc bene consonat, quod dicitur in. c. ij. xij. q. j. ꝙ omnis ætas ab adolescentia pro

na est ad malum. Et ideo mandat etiam inquiri papa de honesta conuersatione, quia præsumitur pro aliquo, vel contra ipsum ex conuersatione, c. inter. iuncto .c. cũ in iuuentute de purg. cano. iuxta illud cũ sancto sanctus eris &c. Et præsertim in homine qui tractare debet spiritualia, cuius conuersatio, si mala est inducit laqueum, & periculum animæ. Et ob eam causam requiritur ꝙ conuersatio bona probetur, quia etiam in dubio non præsumitur bona, quia vbi agitur de periculo animæ, capitur in dubio sinistra suspitio, quia illa videtur esse tutior. Et isto casu receditur a præsumptione. l. merito, vt in notabili casu tradit Pet. de Ancha. in consil. lxxix. circa finem cum multis concor. vt scribunt moderni in .c. in præsentia. de proba. in .xij. notabili.

¶ Et est notandum circa præmissa, ꝙ licet quatuor requirantur in promouendo, videlicet, scientia, ætas, mores, & ordo, vt dicit glos. in .c. si pro clericis in verb. alijs de præben. li. vj. tamen in ista forma mandatur inquiri primo de literatura, deinde de moribus, vt patet ex præmissis. De ætate autem, & ordinibus nulla fit mentio. Sed antequam de ætate dicamus, vnum est admiratione dignum, ꝙ prius de literatura inquiri mandatur, cum in
81 clerico ante omnia requiri debent boni mores, † dein scientia, iuxta illud psal. Bonitatẽ, & disciplinam doce me. Prius ergo propheta bonitatem petiit, sine qua disciplina, seu scientia perfecte acquiri non potest. Quia in animam malam non intrat spiritus sapientiæ, nec in corpore subdito peccatis vt dicit propheta sapien. c. j. initium igitur sapientiæ timor Domini prouerb. c. j. Quoad illũ igitur timorem, ex qua sapientia procedit, requiruntur boni mores. Apparet igitur ex istis, ꝙ inconsiderate mãdatur in ista forma prius de literatura inquiri, q̃ de
82 moribus, † Præsertim quia literatura quoad Deum, nec quoad mundum in simplicibus, & pauperibus clericis, non est multum necessaria, vt dicit Inno. in .c. j. de summa tri. vbi dicit, ꝙ sufficit istis clericis pauperibus, ꝙ tantum sciant, sicut simplex laicus, vel aliquantulum plus, circa sacramenta, circa, quæ quotidie versantur. Ita ibi Innocen. quem in hoc multum cõmendat Bald. in rub. de sum. trini. & pro singulari sequitur And. Sicul. i tract.

de præstan.cardi.in.x.q.i.partis,in.ii.&.iii.col. Et ideo dicebat glo.singularis in.l.societas contrahitur.in glo.ii.per il-
83 lum tex.ff.pro socio.† ꝙ ad canonicatus ita debēt promoueri literati,sicut nobiles,quam glo.pro singulari commendet And.sicu.in cōsi.lvii.præclare scribitur in.viii.col.lib.ii. Apparet igitur ex istis,in clericis pauperibus magis attēdendos mores,ꝗ literatura:quia in istis clericis,sicut in regularibus,qui pauperes etiam sunt,magis attenditur vita immaculata,ꝗ scientia:vt dicit Bal.in.l.athletæ.§.de rusticis,in fi.ff.de excusa.tuto.Sed vt video,ſm istam formam,de moribus vltima fiet quæstio:vt ait Satyri. De ætate etiā
84 est mirandum,ꝙ in ista forma non fiat mentio.† Cum tamen valde maius sit,pati defectum in ætate,ꝗ in moribus:vt probatur in.c.si eo tempore.de rescrip.lib.vi.Vbi patiēti defectum in ætate tempore datæ,non prouidetur de beneficio curato,ex quo de tali defectu non fuit facta mentio in literis,quamuis postea superueniat vltima ætas,vt ibi,& tamen potest prouideri,si non est in sacris.Esto ꝙ de ordinum defectu non fuerit in literis facta mentio.d.c.si pro clericis.Consequenter apparet,ꝙ maior est defectus ætatis,ꝗ ordinum:vt in prædictis iuribus,& per glo.in.c.i.de æta.& quali.in.vi.Sed saluando formas huiusmodi literarum,potest dici,ꝙ tacite mandatur inquiri etiam de ætate,per illa verba,quæ in literis sequuntur,videlicet,aliudꝗ canonicū ei non obsistat,per quæ importatur legitima ætas.
85 †Quia indecorum est,vt hi debeant ecclesias regere,qui non nouerunt gubernare se ipsos.c.indecorum.de æta.&
86 quali.&.c.super inordinata.de præben.† Legitima autem ætas intelligitur viginti quinꝗ annorum,quo ad beneficiū cum cura.c.cum in cunctis,de electio.& not.in.c.si eo tempore.de rescrip.lib.vi.Sed quo ad beneficiū simplex,ac canonicatum,& præbendam,extra tamen cathedralem ecclesiam sufficit ætas maior septennio:vt no.in.c.ex eo.de elec.lib.vi.Licet quoad canonicatus,& præbendas ecclesiæ cathedrales fuerit ordinatum per Gregorium.xi. Quod nō conferantur,nisi habentibus annos.xiiii.prout attestatur decisio rotæ.cccxxiiii.incipiē.supposita.in nouis decisionibus.Et hodie est regula Cancellariæ nu.xvii.in qua dispo nitur,ꝙ canonicatus in cathedrali non dentur,nisi habentibus decimum quartum annum completum,Als proui-

sio sit ipso iure nulla, quam regulam ad hoc allegant mo
derni in tract. de autho. & praeminen. magni consil. fol.
vj. In collegiatis vero disponitur in dicta regula, q canō
nicatus non dentur minori decem annorum, declaran
do, vt per Alex. in consil. lxxv. in. ij. colum. lib. iiij. Secũ
do important praedicta verba, scilicet aliudq; canonicũ
nō obstat, vt ille, pro quo taliter scribitur sit legitime na
87 tus: † quia illegitimi ad beneficia ecclesiastica absq; dispē
satione sunt inhabiles. c. j. & ij. de fil. presby. li. vj. Tertio
quod non sit periurus, infamis, seu alias criminosus. Nā
licet collatio beneficij facta talibus valeat meto iure, vt tē
net Lapus in additione ad consilium Federici quinqua
gesimum & card. in. c. querelam. de iur. iur. per. c. inter.
de excess. pralar. Illud tamen non habet locum, quando
prouisio facta periuro, vel alias infami, fiat virtute litera
rum ad beneficia, quia tunc propter maximam eorum
odiositatem erit ipso iure nulla, prout eleganter tenet
Calde. consil. xx. in titu. de praeben. Et sequuntur moder
ni in. c. ij. de rescrip. cum alijs ibi latius per Fely. addu
ctis. Quarto quod alias non sit incapax tituli beneficia
lis, prout si esset irregularis ex homicidio secundum In
nocen. in. c. cum nostris de concess. praeben. Intātum, q
88 aliqui volunt, † quod cum homicida voluntario non di
spensatur, nisi sit persona regularis, & tunc circa altaris
ministerium, & cum volenti ingredi religionem mendi
cantium, cui datur rehabilitatio ad omnes ordines, etiā
in altaris ministerio, vel nisi homicidium fuisset omni
no occultum, & cum isto dispensatur primo casu per so
lum papam, vt late tradit Thom. ferra. cautell. xliiij. in
duobus alijs casibus dispensat officium sacrae poeniten
tiariae, sed in occulto in susceptis quia hoc potest facere
episcopus secundum Vincen. & quosdam alios, qu s re
fert Archid. in. c. de his. 50. dist. sequitur Federicus in cō
sil. clxviij. in fine: licet praeposi. in. d. c. de his teneat con
trarium: tamen prima opinio est de stilo hodierno in vsu
aliquando tamen dat signatura de absolutione, & obten
tis ad simplicia postea signatura ampliari poterit iuxta
qualitatem casus homicidij, quandoq; ponitur etiā clau
sula pro praesbytero homicida, videlicet eo ad trienniũ
suspenso &c. vel apostata, in quo non cadit tale ius secũ

dum Bal. in repetitione .l. Barbarius in .x. colũ. ff. de offi. prætó. aut penitus illiteratus, qui est inhabilis ad benefi-cium ecclesiasticum secundum Inno. in. c. dilectus de té. ordi. & Archid. in. c. nullus eo. titulo li .vj. quod videtur intelligendum in beneficio cum cura, secus forte in sim-
89 plici, vt ponit decisio .cccxij. in antiquis. † Similiter pu-rus laicus incapax est beneficij ecclesiastici capitulo cum adeo. de rescript. & in capitulo ex literis de transac. quic quid dicat glos. in capitulo. ij. de insti. quæ tenet suffice-re solum propositum clericandi, quasi destinatione ani mi possit iam dici clericus. Sed illa glosa communiter reprobatur per doctor. in dicto capitulo cum adeo nisi saluetur, vt per vnam decisionem rotæ. cccxlj. incip. no ta quod clericus in antiquis. Vbi dicitur, ꝙ non clerico, incedenti tamen in habitu, potest beneficium conferri vt clerico, quasi velint, quod habitus: & dispositio animi sufficiat, quoad hoc vt quis clericus reputetur. Ad quod bene facit dictum Archid. in. c. si quis suadente .xvij. q. 4. vbi dicit, ꝙ ille, qui nondũ habet ordinẽ, sed tantum co-ronã portat, & est clericus animi destinatione, gaudet pri uilegio illius canonis. Et hoc in notabili casu tradit Ias. in. l. cum quædã puella in. ij. col. ff. de iur. om. iud. His tñ non obstantibus verius est, quod dixi prius per tex. in. l.
90 ex eo. ff. de testa. milita. † Vbi dicitur, ꝙ miles gaudet pri uilegio militari ex eo tempore, quo in numeris relatis est non ante. Et ideo practica, & communis stilus est, quan-do purus laicus impetrat, & ei mandatur beneficiũ con-ferri, apponitur illa clausula, cupienti adscribi militiæ cle ricali, &c. vt per Abb. in. d. c. ex literis de transact. Alias li-teræ essent surreptitiæ, & isto respectu quando scribitur pro aliquo in ista forma in principio literarũ, appellatur clericus, quia alias esset quoad hoc inhabilis per supradi cta: Insuper diceretur canonicum impendimentum suf-ficiens ad excludendum pauperem clericũ si non sit ori-undus in loco, ad quem literæ extenduntur arg. l. in eccl. C. de epis. & cleri. stante regula cancellariæ, quæ disponit
91 † ꝙ pauperes clerici extra suam prouinciam locari non possint, nisi ibi per sex annos moram traxerint, vt la-tius in dicta regula cuius dispositio fundatur in textu notabili in capitulo nullus inuitus .lxj. distinct. Vbi di-

citur habeat vnusquisq; suum fructum militiæ in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit ætatem, in alie na stipendia minime alter obrepat, nec alii debitam alteri, sibi vendicare audeat mercedem. Et licet ille text. loquatur de promouendo in episcopum, tamen ratio illius commu nis est etiam ad beneficia inferiora, secundum Panormita. in. c. ad decorem. de institutio. Vbi dicit, q esset valde honestum, & fructuosum, vt quisq; in patria sua beneficiaretur, nec al ter occupet beneficia, vel stipendia alterius, per quod tolle retur materia depauperandi ecclesias, & beneficia, vt dixi latius in prima quæstiõe regulæ de idiomate. Propter hęc non consueuit prouideri alicui de beneficio extra suam na tionem consistenti: licet quandoq; ex fauore conceditur cum derogatione. Super quo tamen variæ fuerunt regu læ æditæ. Hodie tamen vnicuique potest prouideri extra suam nationem, si intelligat idioma loci, & intelligibiliter loquatur, vt in dicta regula dicitur, Neque requiritur ali qua derogatio: quia vndecunq; quis veniat, dummodo sit idoneus, non repellitur a sanctuario domini, apud quem nulla est acceptio personarum, vt latius ibi dixi.

¶ Subsequenter in huiusmodi literis dicitur ei de aliquo beneficio ecclesiastico, &c. Hæc verba important, vt non possit eidem prouideri de pensione capitulo quamuis pri

92 mo de præbendis. libro sexto. † Quia pensio non dicitur beneficium ecclesiasticum, ex quo in sola temporalitate consistit, & nullum habet ministerium spirituale anne xum: vt per Dominicum in dicto capitulo quamuis. Eodẽ modo propter illa verba non poterit prouideri de hospi tali, secũdum glosam in capitulo si pauper clericus. de præ bendis. libro sexto per textum in clementina per literas. eodem titulo. Nec de elemosinariis, vt ibi, Immo etiam si prædicta fuissent instituta de auctoritate episcopi, & soli ta essent conferri in titulum beneficii, adhuc non caderẽt in huiusmodi gratiis expectatiuis: vt dixit notabiliter de cisio Rotæ ducentesima quinta incipente nota, q vbi re

93 ligiosus. in antiquis. † Vbi assignatur ratio, Quia cum hospitalia, & elemosinæ sint ad nutum, amobilia regu lariter, non veniunt nomine beneficii, quantum ad cle ricum impetrantem, posito q in titulum beneficii con

ferantur & ideo nec expectatiuę talia beneficia compre-
hendunt immo fortius etiam capellanię ab elemosina-
rijs dependentes licet dentur in titulum non cadunt sub
gratijs expectatiuis prout est decisio .584. incipiente qui
dam in ciuitate in antiquis alias est sub titulo de concess.
præben. lj. & sequitur eam Paulinus in tracta. de offic. &
pot. ca. sede vac. pro quo plura ponit Rochus in tract. iu
rispa. in ver. in ecclesia .q. iiij. Et ista sunt notanda, quia li
cet prędicta loca, dicantur loca pia, & religiosa siue eccle
siastica, quando sunt de auctoritate episcopi constituta
c. ad hæc de religi. domi. tamen non includuntur in hu-
iusmodi literis per supradicta. De quo aliquid tangunt
moderni in. c. in nostra in. xxij. corr. in fin. de rescript. &
latius in. c. de quarta de præscrip & in notabili casu con-
suluit Federi. in consil. 380. casus talis est & ex istis posset
inferri ꝙ beneficia sancti Io. Hierosolomitani & præce-
ptorię sancti Antonij siue alterius ordinis prout sunt in
Hispania non cadant sub huiusmodi gratijs secundum
ea quæ dicit Lap. alleg. lxxxiiij. dominus papa col. pen. li-
cet aliquando ille præceptorię reseruatæ fuerint de iure
antiquo vt tradit idem Lap. alle. xxvij. declarando vt idē
dicit allega. ix. & pariter dicendum esset in beneficijs ma
gistralibus & doctoralibus quia non caderent sub expe-
ctatiuis iuxta not. per glos. magnam in. c. cum in ecclesia
de præben lib. vj. tamen si habens expectatiuam esset do
ctor & alia non obstarent forte illa glos. non procederet
propter plures doctri. quas modo non allego ex eo quia
causa pendet de præsenti rota. Similiter propter illa ver
ba de beneficio ecclesiastico &c. non potest obtineri be-
neficium manuale, & ad nutum superioris amouibile. Da
to ꝙ ab olim consuetū esset, clericis secularibus assigna-
ri: quia tale beneficium, non potest proprie dici benefi-
cium ecclesiasticum, cum non sit perpetuum, sed vt dixi
ad nutum superioris remouibile arg. c. præcepta lv. dist.
& eorum, quæ notatur in. c. veniens de filijs presby. & in
c. j. de capel. mo. lib. vj. Et ideo dixit Calde. consil. xxvj. in
titu. de præben. ꝙ in reseruationibus beneficiorū, quas
facit papa non includuntur manualia beneficia, quia re-
seruando beneficia videtur intelligere de beneficijs, quę
perpetuo conferuntur. Ex quo infero quod nec vicaria

temporalem

temporalem poterit obtinere prædicta ratione. Idem si vicaria esset alias perpetua, sed vnita mensæ episcopali, vel abbatiali: quia per talem vnionem illa perpetuitas transit in temporalitatem: vt ponunt domini de rota decisi. cclxxiii. incipien. fuit dubitatum. in nouis. Consequenter non venit appellatione beneficii ecclesiastici, & etiam non dicuntur vacare: vt in clemen. i. & ibi glo. in ver. mensa. de sup. plen. negligen. prælato. & in clementi. i. de excesso. prælato. tradit Andr. sicu. in. c. cum accessissent. xii. colum. de constitu. pro quo vide notabilia verba Anto. de bu. in clemen. prima de rescrip. vt ibi referũt Moder. vbi limitat non procedere quando episcopus illa in titulum contulisset: quia tunc possunt a mensa separari: iuxta gl. tenues. & in verbo fauore in cle. i. de reb. eccle. nõ alie. lib. vi. De quibus omnibus dixi in regula de annali, & triennali, & aliquibus aliis regulis. ¶ Post prædicta verba de aliquo beneficio ecclesiastico, dicitur cum cura, vel sine cura. Ista verba necessario apponuntur: quia nisi sic diceretur, nõ veniret beneficium curatum. c. cum in illis. in principio de prębendis. libro. vi. Et licet aliqui voluerunt dicere istud procedere, quando papa mandat prouideri de vacaturo, quo casu non facit tantam gratiam, prout quando prouidet de vacanti. Verius tamen est, vt neutro casu includatur curatum de cura non habita mentione: vt per dominos de rota decisio. ccii. incip. nota ꝙ quis non tenetur, in antiquis. Sed ista conclusio non habet locum, quãdo beneficium curatum esset annexum præbendæ: quia tunc ratione annexionis de cura, non est necessaria mentio. argu. c. super eo. de præben. lib. vi. per rationem, de qua ibi notatur.

¶ Subiicitur postmodum, dummodo in cathedrali ecclesia non existat. Ista verba videntur apponi ad maiorem declarationem: quia etiam si non exprimerentur, non venirent beneficia ecclesiæ cathedralis, cum scribitur prouideri in ciuitate, vel diocesi secundum opinionem Compost. in capitulo capitulum sanctæ crucis. de rescriptis. Quod satis bene probatur in capitulo quamuis, el primo de præbendis. libro sexto, vt conclusit Rota proximis diebus in
95 vna causa Zamoreñ. † licet ille text. videatur loqui in aliis terminis, videlicet, cum alicui prouideri mandatur de beneficio in aliqua ecclesiarum ciuitatis, vel diocesis. vt tunc

Y

sub illa generalitate non includatur ecclesia cathedralis, propter illius honorem, & praeminentiam. Et ideo dicunt aliqui, secus esse, quando scribitur in terminis, in quibus loquitur Compost. Sed quando mandatur prouideri in ciuitate, vel dioecesi quia tunc verum est dicere secundum eos, ꝙ prouidendo in cathedrali, prouidetur in ciuitate non sic est, cum dicitur in aliqua ecclesiarum, quasi illa dictio aliqua respiciat minores, & inferiores ecclesias, iuxta glosam in clementina prima in verbo aut earum parte de foro competen. Vbi dicit, ꝙ dictio aliqua verificatur in qualibet re minima, prout etiam ponit Panormitan. in capitulo pastoralis in principio de officio delegat. & Petrus de Ancharano consil. clxxxv. incip. thema tale est, Titius canonicus, & caet. sequitur primam opinionem, concludens, quod si quis impetrat gratiam a Papa de personatu, officio, vel dignitate pertinente ad collationem episcopi, & capituli, communiter, vel diuisim, non includitur ecclesia cathedralis, quod dignitates in ea existentes propter rationẽ de qua supra, & per illud, quod dicitur in lege prętor ait. §. quod autem. ff. de iure iurando & capitulo sedes de rescrip. Et tenendo praedictam opinionem Compost. & Oldra. oportet dicere, ꝙ ista verba dummodo, & caetera. Exprimuntur ad maiorem expressionem, & causa tollendae dubitationis resultantis ex contraria opinione Ioan. Andr. in dicto capitulo quamuis super glos. in verbo includi & clarius in additio. Specula. in titulo de acti- n. §. super petitione in additione magna ad fin. In quibus locis tenet, ꝙ quando scribitur ad collationẽ
96 episcopi, includatur ecclesia cathedralis, † quia ad episcopum principalissime spectat collatio beneficiorum in ecclesia cathedrali capitulo cum ecclesia de electione. ergo principalius illius beneficia videntur includi, nisi nominatim excludantur. Et proprerea dicit ipse, in literis pauperis apponi illa verba, dummodo in cathedrali ecclesia non existat. Et sic secundum eum illa verba ponuntur necessario & non ad maiorem declarationẽ quod etiã ex alio suaderur quia literae istę pauperum ex quo dicunt iustitię. q. v. ita videtur iustum ꝙ episcopus prouideat pauperi clerico quem sine titulo ordinauerat in ecclesia

cathedrali ſicut in alia & ſic tex.in.d.c.q̃uis non habet lo cum in iſtis literis iuſtitię vt ibi dicit gloſ.in ver. includit & glo.in.c.accepimus de ęta.& qualit.cõuen.ens igitur fuit vt clauſula prędicta poneretur iſtud et videntur ſentire domini de rota deci.112.incip.noto,ꝙ vbi aliquis in
97 antiquis vbi dicunt,† ꝙ expectãs ad collationẽ decani & capituli eccleſię cathedralis poteſt acceptare beneficiũ vacans in ea.Idẽ tenet alia deciſio .ccxiij.incipiẽ.nota ꝙ vbi in antiquis,vbi dicitur,ꝙ expectãti ad collationẽ epĩ prouideri poteſt de beneficio,& pbenda cathedrali,quia diſpoſitio.c.quãuis debet reſtringi & teneri in ſuis terminis,videlicet qñ ſcribit ſecũdum formã illius capituli.ſ. in aliqua eccleſiarum ciuitatis,vel diocefis &c. Vt cunq; ſit in alijs formis in iſta certũ eſt,excludi expſſe beneficia eccleſiaſtica cathedralis eccleſię p illa verba ſępius dicta dummodo &c.Quę cũ ſint generaliter & indiffinite plata,excludunt oĩa beneficia quantuncũq; modica exiſtẽtia in eccleſia cathedrali.c.ſi Romanorũ.xix.diſt.& glo.in.c. vt circa,cũ vulg.licet vna deci.rotę.319. incipien. nota, ꝙ vbi ſententia,in antiquis.dicat, ꝙ diſpoſitio dicti.c. quãuis ſępius allegati nõ habet locũ in bñficiis modicis ſicut ẽ vicaria,quã poteſt acceptare expectãs ĩ forma pauperũ licet illa exiſtat ĩ eccleſia cathedrali & ſimiliter aliud bñficium modicũ, quod nõ eſt de principalioribus in eccleſia.Aſſignatur ad hoc duplex ratio primo qa diſpoſitio.d.c.quãuis,eſt pœnalis.Et ideo reſtringenda regula, odia cũ vulga.Secũdo:quia illud ibi diſponitur propter honorẽ,& ꝓrogatiuam eccleſię cathedralis,vt ſub verbis gñalibus nõ veniat bñficiũ exiſtẽs in ea.At in modicis bñficijs eccl'ię cathedralis ceſſat illa ratio,qa intitulati in eis non interſunt negotijs capitularibus.Conſequenter iſto caſu nõ vendicat ſibi locũ ratio.d.c.quamuis nec ſua diſpoſitio Et p iſtam rationẽ & alias,quas non refero, rota in vna ciuitateñ.dimidię portionis,corã . R .P. domino Nicolao Aragonia die vigeſimo octauo Martij.1536.cõ
98 cluſit † diſpẽſatũ p epiſcopũ ad beneficia poſſe obtinere dimidiã portionẽ in eccleſia cathedrali,qa ĩ tali dimidia portione ceſſat ratio ꝓeminẽtię eccleſię cathedralis,quę cõſideratur ĩ deci.ſecũda de filijs pſby.ĩ no. ad quod facit illud tritũ,& vulg,videlicet,ꝙ de modicis & minimis

non curatur .l. scio.ff. de restitu .in integ.& in capitulo &
si quæstiones de simon.& quod per illum textum dicunt
notanter doctores maxime Angelus in lege senatus.§.
Marcellus.ff. de legat. primo videlicet si statutum prohi-
bet alienare domum, vel aliam rem immobilem in fo-
rensem non habebit locum in domuncula, & parua re.
Qui tex.exclamatur pro singulari ad hoc per Roman.sin
gulari incipit. hodie. Ex quibus videtur, quod pauper
expectans potest acceptare beneficium modicum in ec-
clesia cathedrali, secundum Dominos meos de Rota,
quod mihi videtur satis mirum, ex quo generaliter, &
indiffinite excluduntur per illa verba, beneficia ecclesiæ
cathedralis. Que verba debent comprehendere tam par
ua, q̃ magna beneficia, licet maior ratio sit in vno
casu, q̃ in alio, iuxta textum in lege prima .§. quod
99 autem .ff. de vsu aleæ: & alea. † Nam plus, & minus nõ
differunt specie lege fin. ff. de fundo instruct. maxime
cum ratio dicti capituli quamuis, & præmissorum, non
est illa considerare, videlicet beneficium paruum, & ma
gnum, sed honorem, & præeminentiam ecclesiæ cathe
dralis: quæ ratio ita militat in beneficio modico existen-
te in ecclesia cathedrali, sicut in magno. Quo casu pro
pter identitatem rationis, licitum est extendere consti-
tutionem pœnalem, & præcipue fauore ecclesiarum,
iuxta glosam in capitulo sciant cuncti in verbo. alias de
100 electio.libr.sexto.† Quæ dicit quod constitutio pœnalis
dicitur esse fauorabilis, & extendenda fauore ecclesia-
rum, idem dicit Dominicus consil. xxxvij. in penultima
columna & consil. cvi. in prima columna. Certum est au
tem, quod illa verba dummodo & cætera. apponuntur
fauore cathedralium ecclesiarum, ne in eis, nisi perso-
næ honorabiles obtineant beneficia, per quas honoran
tur ecclesiæ, & subleuantur, quæ per pauperes spolian
tur, & deprimuntur, iuxta glosam in capitulo constitutis
in verbo impotentia de appellatio. per quæ videtur di-
cendum, quod illa verba excludunt generaliter omnia
beneficia existentia in ecclesia cathedrali. Nam ex quo
est data forma in literis, certe ita violatur in paruis,
sicut in magnis capitulo cui de non sacerdotali, &
capitulo si motu proprio de præbendis libro sexto, &

capitulo primo de baptis. & tradunt Modern. in capitulo cum dilecta. de rescrip. Istud tamē non pono pro constan ti, propter dictam decisionem contrariam dominorũ, quo
101 rum † magna est authoritas apud omnes: vt probaui lati us in proœmio regularum cancellariæ in. ii. q. Præsertim, quia licet in aliquibus casibus a iure expressis modicum at tendatur, tamen regulariter negari non potest, ꝙ disposi tio simpliciter loquens minima non comprehendit: vt tra dunt Moder. in. c. de appella. per illum tex. de appel. & dixi in. §. pœnales. colum. ii. insti. de actio. In quo genere vltra Corse. in trac. de minimis. lx. decisiones cumulat Iaco. Flo rius de Vriñ. in repetitio. l. si quos. C. de offi. præfec. præto.
102 † Et ex supra dictis potest summi ratio, & causa quare est, ꝙ pauperes expectantes excluduntur a canonicatibus, & aliis beneficiis existentibus in ecclesia cathedrali. Quam rationem hic melius declaro, videlicet, quia ex quo quis est pauper præsumitur vilis persona. Hinc est, ꝙ tali minus creditur, q̃ alteri diuiti, & poteti, iuxta illud Satyrici, Quã tum quisꝙ sua minorum seruat in archa, tantum habet fi dei. Et probatur in. l. iii. ff. de testi. in. §. sancimus. in auctē. eodem titulo, & in. l. spadonem. §. fi. ff. de excusa. tuto. Vn de sicut magnus est honor esse canonicum ecclesiæ cathe dralis: vt dicit Innoc. in. c. fraternitatem. de sepultu. & retu li in superioribus. Ita aliquid plus est esse beneficiatum in ecclesia cathedrali, q̃ in aliis inferioribus extra illam, pro pter illius honorem, & præeminētiam. Et propterea arcen tur pauperes expectantes a beneficiis & canonicatibus ec clesiæ cathedralis. Ridiculum enim vulgo videretur, vide re pannosum clericum beneficiatum, vel canonicum in choro cathedralis ecclesiæ, iuxta illud, quod dicit glo. in. c. statutum. in ver. committantur. de rescrip. lib. vi. Licet ista ratio posset etiam morderi, ex eo, quia illa vilitas cessaret, & aboleretur habito canonicatu, ex cuius redditibus faci le sibi vestes posset comparare. Quia videmus Deum in firma huius mundi elegisse, vt confunderet fortia: & pau peres, & ignobiles asciuit Christus ad apostolatum: vt pa tet in. c. venerabilis. de præbend. Præcedens tamen opinio videtur magis recepta, per ea quæ dicunt doctores post glosam in capitulo statutum. de rescriptis. libro sexto. Et ibi dixi.

¶Demum post particulas praecedentes ponitur taxa, vi delicet cuius fructus, &c. Pro declaratione istius partis,
103 sciendum est, † ꝙ olim in huiusmodi literis pauperis non exprimebatur certa taxa, sed dicebatur de benefi cio secundum suae probitatis merita competente, vt po nit Lap. allega. lxxix. incip. Innocentius, quae verba im portabant, vt prouideretur expectanti de beneficio se cundum qualitatem suae personae ad arbitrium executo ris. arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & habi. vt per Pa nor. in. c. fi. de praeben. & clarius per Butrium in. c. cum dilectus in secunda colum. de iur. patr. Ad quod etiam facit bona glos. in. c. primo, in vers. absꝙ penuria. de sta. regu. li. vi. Hodie autem ista competentia taxata est ad certam summam diuersimode tamen secundum diuer sitatem regionum prout in regula de taxa. in forma pau perum. Dicit tamen Ioan. Andr. in addi. spec. in titu. de concess. praeben. in additione magna, quod verba fina lia huiusmodi literarum videntur id ponere in arbitrio pauperis expectantis, secundum quod sibi volenti pos sit prouideri de minori valore, de quibus verbis dubi tat ibi multum idem Ioan. Andr. quia etiam si dicta ver ba non apponerentur, posset eidem de minori forma prouideri. Nam quando summa ponitur, potest tunc et de minori prouideri, secus quando ponitur taxatiue, pro ut vult glos. notabilis in. c. quamuis in ver. vsꝙ ad certã summam de praeben. li. vj. & latius declarat Domi. con sil. cxxxiij. in. vj. col. consequenter expressio illorum ver borum, videlicet, ꝙ volenti possit de minori prouideri, videtur superflua, quia expressio eorum, quae tacite in sunt, nihil operatur, iuxta iura vulg. Tandem huic obie ctioni respondit praefactus Ioan. And. ibidem & in cap. cui de non. de praeben. lib. vj. quem non expedit referre quia hodie non apponuntur illa verba, & bene propter supradicta. ¶Vltimo pro declaratione praemissorũ cir ca istam formam, & alias praecedentes, in quibus expri
104 mitur certa summa, & valor sciendum est, † ꝙ valor be neficij non computatur respectu vtilitatis, quae habetur in residendo, sed in portatis, seu in absentia, vt sentit no tabiliter Oldra. consil. xviij. incip. ex virtute gratiae, ibi, dum dicit constat, redditus appellari qui percipiuntur

ex corpore beneficij, & debentur vnicuiq; absenti. Subdit etiam, quod quotidianæ distributiones & anniuersalia non computantur in valore beneficij nec augent corp⁹ præbendæ, ex quo dantur ratione operę personalis arg. tex. in. l. prima in secundo responso. ff. si mens fal. mod. dix. & in. l. cum duobus. §. si inchoantia. ff. pro socio. ibi, precium enim operæ &c. Idem tenet decis. rotæ. 134. in cip. quando impetratur in nouis. Datur enim tantũmodo interessentibus diuinis, & ideo non sunt de corpore beneficij, nec sub illo comprehenduntur. Ad quod facit, quod legitur & notatur in. c. licet de præben. & in. c. vnico de cleri. non residentib. li. vi. Idem vult alia decisio ccccviij. & .766. in antiquis & prædicta intelligo procedere, etiam si in aliqua ecclesia ex statuto vel consuetudine nihil percipiant absentes, quia pari modo valor debebit considerari non in residendo sed quantum alias perciperet absens, si statutum, & consuetudo non starent, habet enim præbenda suos redditus consuetos, licet propter statutum vel consuetudinem non debeantur absenti. Et ita intelligo dictum Oldra. puto tamen, quod vtilius, & magis expediens expectanti est, quod valor beneficij cõputetur secundum taxationem decimæ, q̃ secundum cõmunem æstimationem. Quia per industriam clericorum creuerunt redditus beneficiorum, quæ industria non debet illis esse damnosa. l. fi. C. de aluuio. & notatur in cap. cum in fer. de consti. & in. c. cum clerici de pact. & ita solet in literis exprimi. de quo tamen latius dicam in regula de valore exprimendo vbi est proprius locus.

105 ¶ † Decima & vltima principalis forma, quoad gratias expectatiuarum est, pro pauperibus graduatis, quæ differt in aliquibus a communi forma pauperum, præcedẽti primo, quia in ista post illa verba beneficium ecclesiasticum &c. Non ponuntur ab olim clericis secularibus assignari consuetum, prout ponitur in forma præcedenti sed simpliciter dicitur consuetum clericis secularibus assignari. Et hoc ea, vt opinor ratione, quia fauore graduatorum vult summus Pontifex, vt intelligatur beneficiũ seculare, seu clericis secularibus assignari consuetum, qñ per decennium pacifice, & quiete fuit rectum, per clericos seculares, per illud, quod dicit Ioan. And. in. c. fi. de

106 consue.lib.vj.† Vbi tenet sufficere decennalem posses≠sionem de consuetudine, secundum ius commune intro ducta, qualis potest dici ista de qua loquuntur maxime concurrente fauore graduatorum, vt supra. Nam de iu re communi omnia beneficia censetur esse secularia, ex eo, quod primæuus status beneficiorum fuit secularis. hinc est, quod de seculari beneficio, fit regulare, dummo do legitima præscriptio quadragenaria sit decursa, Sed ecõuerso, sufficit decennalis præscriptio, quasi velint do ctores sufficere tali casu breuius tempus ad hoc, vt res re uertatur ad naturam suam.c.ab exordio.xxxv.dist. cum vulga.pp fauorem pauperum graduatorum, vt sæpius dixi. Hinc est, quod licet consuetudo contra ius commu≠ne non valeat, nisi sit quadragenaria, fallit tñ nisi per eã reuerteremur ad ius antiquum: quia tunc sufficiunt de cem anni, vt tradit cursius in rep.c.fi.in glos.rationabilis de consue.& fol.xxviij.secundum primam impressionẽ, cum concor.de quibus moder.in vulg.l. si vnus.§. pa≠ctus.ff.de pact. Sed in communi forma pauperum po≠test dici, quod requiratur quadragenaria præscriptio, vt beneficium dicatur seculare seu rectum a secularibus cle ricis, quod denotat illa dictio ab olim, quæ ponitur in di≠cta forma communi, & omittitur in ista. Et hoc modo possunt concordari opiniones contrariæ doctorum in dicto.c.cum de beneficio.& Dominiorum de rota, de qui bus deci.xxxij.incip. fuit dubitatũ, in nouis & deci.xlviij. in antiquis. De qua tamẽ materia latius diuagatur Fely. in.c.in nostra in.iiij.corr.de rescript.& Bartho. Belenzi≠nus auditor in tract.de charit.subsi.q.82.

107 ¶ † Differt insuper ista forma a præcedenti: quia maior taxa datur in ista, q̃ in præcedenti, vt puta in Alamania, in communi forma pauperum datur ad beneficium cũ cura.xx.sine cura.xv. marcharum argenti. In ista vero pro graduatis si cũ cura.xxv.si sine cura.xviij.mar. arg. Et similiter in aliis partibus augetur taxa pro pauperib⁹ graduatis respectiue ad taxam, quæ est in forma commu ni, & istud introductum est non sine ratione, vt pingui≠us prouideatur graduatis in redditibus iuxta.c. de mul≠ta circa fi.de præben.nam vt dicit glos. in.c. cum adeo de rescrip. quod simplici clerico sufficit tale beneficium

quod non sufficeret nobili, & similiter literato, & gradua to, vt notat Bar. in l. si constante in. iiij. colum. ff. solu. ma tri. & ideo dicit glo. in. c. clericus. xxj. q. j. quod sufficientia beneficij cõsideratur secundum qualitatem, & dignitatẽ beneficiati. facit etiam bona glos. in. c. vnico. §. sane in verb. absq; penuria de sta. relig. li. vj. eodem modo in ali is formis praecedentibus, in quibus datur ad largam, ma ior est taxa pro graduatis, q̃ pro alijs, vt apparet ex regu la de taxis beneficiorum & est aduertendum, quod olim non ponebatur summa in principio gratiæ in forma pau perum. Immo dabatur gratia de omni beneficio cõpetẽ ti: & postea in fine gratiæ dicebatur nostræ autem inten tionis existit, vt sibi prouideatur de beneficio cuius fru ctus &c. talem summam non excedunt, prout declarat rota in antiquio. deci. vj. de praeben. tertio & vltimo dif

108 fert, † q; in ista forma pro graduatis non mandatur inquiri de idoneitate impetrantis, quasi iam semel cen seatur approbatus arg. tex. in. l. vnica. & quod ibi notatur per Bar. C. de athl. li. x. At in praecedẽti ponitur illa clau sula, si per solertem inquisitionem &c. quae facit condi tionem, & dat formam exequutori, qua non seruata non valet prouisio, etiam si pauper alias millies esset idoneus, & hoc executor sciret, & pronunciaret esse talem, quia p hoc non crederetur ei, sed oportet, q; haec examinatio fiat, certo modo, videlicet per inquisitionem solertem, de qua constare debeat. Ita formaliter dicit Egidius con clu. 668. incip. clausula allegat Paulum ita tenentem in clem. cum ei quem primo responso super verbo inquisi tionis de concess. praeben.

DE MANDATIS DE PROVIDENDO.

DICENDVM est modo de mandatis de prouidendo, & de varijs formis executorum, qui aliquando sunt prouisores, aliquando compulsores, & quandoque mixti. De quibus sigillatim, & breuiter dicetur.

109 ¶ † Prima igitur forma mandati de prouidendo est, quando scribitur pro certa persona, & pro certo beneficio, exemplum in.c. ex parte el primo de offi.delega. ibi dum dicit, vt si auunculus suus Archidiaconatum quem habet in ecclesia illa velit omnino dimittere ipsum ei facias assignari. Et sic tale mandatum respicit fauorem certæ personæ, & comprehendit certum beneficium.

¶ Circa hanc formam notandum est, primo, quod ha-
110 bens tale mandatum, † si in eo est clausula anteferri præfertur expectanti qui est prior in data, etiam si expectans tempore datæ talis mandati iam acceptauerit illud beneficium dummodo sibi de illo non obtinuerit prouideri, & hoc propter clausulam anteferri, per quam posterior in data præfertur priori habenti solum ius ad rem quale est illud, quod quæritur per solam acceptationem, vt probatur in.c. quondam de præben.li.vj. per quem tex. ita tenuerunt Domini de rota deci.viij.incip. vnus Innocentianus in titu. de conceß. præben. in antiquioribus, ex quo infertur, quod si apostolicus expectans vacante beneficio illud acceptauit, & antequam obtineat sibi de illo per executorem, vel subexequutorem prouideri, alius impetrat a papa tale beneficium, tanquam vacans, certe præualet istius impetratio, etiam si in suis literis sit clausula, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum. Nec potest dici subreptitia, ex eo, quod de iure expectantis, idest de sua acceptatione non faciat mentionem, prout tenent domini de rota decis. ccxliiij. incip. licet de more in nouis. Ad hoc etiam facit doctrina Io. And. & Doctorum in.c. causam quæ de rescrip. vbi dicunt, quod dicta clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, reseruat habentes ius in re, sed derogat habentibus ius ad rem, Idem consulendo tenuit Cald. in tit. de resc.

consil.viij.ad fi.& Roma.consil.256.vt dixi latissime in rè gula de nō tollendo iure quæsito,maxime in prima quæ stione vbi circa hoc multa bona cumulo.

111 ¶†Notandum est secūdo circa istam formam,quod ha bens tale mandatum de prouidendo,vt supra licet illud sit conditionale,videlicet si per diligentem examinatio nem &c.prefertur expectanti habenti gratiam puram, dummodo in huiusmodi noua prouisione sit clausula re trotractiua,perinde ac si &c.fiatq; purificatio conditio nis ante vacationē beneficij,Talis enim purificatio ope ratur,vt prouiso eidem postea facta per executorem per inde habeatur,ac si tempore datæ facta esset. Ita affirmat rota deci.383. incip. si papa in nouis limitando isto mo do dispositionem cle.primę de concess. præben. Quod ego intelligo procedere,etiam si expectans prior in data iam fecerit acceptationem illius beneficij non sequuta prouisione tempore datæ nouæ prouisionis,& hoc pro pter clausulam anteferri,vt dixi in princi. Sed hoc non procederet in duabus gratijs expectatiuis successiue ad eandem collationem duobus concessis quamuis poste rior habeat clausulam anteferri,& alias,de quibus supra propter verba,quæ in huiusmodi gratijs dicuntur,vide licet quibus omnibus præterq̃ autem nostra in canoni cos receptis,vel similia beneficia ibidem expectantibus te volumus anteferri. Idem dico,si duæ gratiæ expecta tiuæ habent eandem datam, quia alias mutuo se impedi rent arg.l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.&. c.si quis iu

112 sto.de electi.li.vj.†& ideo si in tali casu ambo expectātes concurrunt simul ad idem beneficium,ex quo habent eā dem datam,& similes seu pares clausulas,statur disposi tioni .c.duobus de rescrip.li.vi.iuncta deci. rotæ .403. Incipi.nota si vnus in antiquior. Vbi dicitur, quod tunc præfertur diligentior in processu,sed si pares sunt etiam in fulminatione processus recurritur ad prærogatiuas, de quibus late dicetur in regula prærogatiuarum expe

113 ctantium.† Ratio autem differentiæ inter duas expectati uas adinuicem concurrentes,& mandatum nouę proui sionis,quando concurrit cum expectante,ista est videli licet,quia literæ expectantium habentes eandem datam sunt generales. Nam habitualiter includunt plura bene

ficia,sed nullum certum.Et ideo generi per genus non de rogatur,sed recurritur ad ea,quæ prius dixi.Sed mãdatum de prouidẽdo respicit certum corpus talis beneficii iam va cantis,& sic est prouisio specialis. Nimirum ergo si generi idest literis expectatiuis,quæ sunt generales,vt dixi p spe ciem derogatur iuribus vulgatis,& quasi in terminis in.c.
114 quamuis tibi.de præben.lib.vi.† Secus dicerẽ quando con currunt duo mandata de prouidendo, ambo specialia ad idem corpus beneficii:quia tunc præualet primum in da ta,etiam si respiceret tale beneficium cum vacauit,non ob stante secundo,quod est concessum ad illud idem benefi cium iam vacans,Nam cum vtrunq; respiciat idem benefi cium,& si vtrunq; est speciale debet præualere primũ,nisi de primo fieret mentio in secundo,prout vult glo.nota.& sequuntur docto.in.d.c.quamuis.superius allegato. Nec sufficeret,si in eodem mandato diceretur,etiam si sit gene raliter,vel specialiter reseruatum:quia talis clausula nõ est potens ad tolendum omnes reseruationes,quarum diuer sæ sunt species.Quædam enim sunt generales,vt patet in extrauagan.execrabilis Io.xxii.Quædam sunt speciales, quoad certum corpus beneficii,non tamen pro certa per sona:vt patet in.c.cum olim.de re iud,& in.c.v.eo.tempo. de elec.lib.vi.Quædam aliæ sunt speciales super certo cor pore beneficii,& in specie pro certa persona:vt in.c.ex par te.el.i.de offi.deleg.& in.c.dudum.de præben.lib.vi.vt la tius prosequũtur Moderni Perusini in trac.reseruatio. Ex quibus apparet,quod licet in tali mandato posteriori appo natur dicta clausula etiã si sit generaliter, vel specialiter re seruatum,illa tamen non est apta tollere omnes reseruatio nes.Patet,quia non tollit reseruationem generalem clau sam in corpore iuris,vt quando beneficium vacat in curia, nisi de illa faceret mentionem specialem,& expressam: vt in.c.ii.de præben.lib.vi.Et hoc procedit etiam si in suppli cationibus vel mandatis fuisset apposita illa clausula, quæ communiter apponitur de stilo,videlicet,quancunq; gene ralem reseruationem importañ.quia per hoc non include retur reseruatio.d.c.ii.licet quo ad alias reseruationes ge nerales sufficeret,nisi esset reseruatio specialis de illo bene ficio facta certæ personæ,quia tali casu requireretur specia lis mentio sicut de reseruatione.d.c.ii.vt notabiliter omnia

ista declarat geminia.in consil.xij. quod est verum nisi papa eidem reseruatiuo concederet quia[?] ali casu mentio specialis non requireretur vt dicit Federi. in tract. de re. permu.q.iiij.& ad prædicta conferunt ea quæ scribit Fely. in.c.in nostra in.v.corr.de rescrip. putarem tamē ꝙ quando impetrantur beneficia certo modo vacantia, & ponitur clausula. Et quod vltimus vere vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa, resultet habeantur pro expressis suf ficeret quia quādo ex narratiua potest comprehendi genus reseruationis papa non dicitur decipi & ideo indiuidua mentio non requireretur, quia sufficit exprimere equippolens, vt in decl.ccxvj.in no.incip. & voluerunt & deci.xiij.de præben.in antiquis & ita declaratur decl. Egid.ix.est bene verum ꝙ ante illud verbum habeantur solent poni hæc verba videlicet præterquam per obitū apud sedem. hoc secundum aliquos ne papa in impetratione huiusmodi decipiatur quia talis reseruatio non in
115 cluditur in impetratione, † nisi specialiter exprimatur, vt dixi latius tamen iudicio meo illa verba non ponunt ad dictum effectum ne papa decipiatur cum videatur habere certam notitiam per prædicta verba equippollēda sed ponuntur ea ratione ad denotandum ꝙ papa nō vult cōcedere vacantia in curia, nam si non ponerentur dicta verba præterꝗ &c.comprehēderentur vt dixi, Alias in supplicationibus prouisionum per obitum signatis ꝑ papam nulla reseruatio expressa, vel exprimenda consueuit cassari. Et quod dictum est per dictam clausulam quamcunqꝫ generalem reseruatio.in portan.non tollere reseruationem certi beneficij in fauorem certæ personæ reseruati iuxta consil. Geminia .cxxiij.allegat. hoc fit ne per hoc in totum excluderetur reseruatiuus cui non pręsumitur papa per illa verba generalia vellet præiudicare vt excludatur in totum, ex quo de illius speciali reseruatione non fuit informatus argu.c.quamuis &c.si propter tua.de rescript.lib.vj. allegat Dominicus. Io. mona. in extrauag. dudum Boni.xj.dicentem quod per huiusmodi non obstan.generaliter prolata nunquam præiudicat alteri in specie super iure suo, nisi specialiter illud exprimat & prosequitur Decius in consil. clxviij. Con

cludo ergo, ꝙ illa verba, etiã si sit generaliter, vel specia liter reseruatũ non praeiudicant reseruatiuo habenti spe cialem reseruationẽ super certo beneficio, nisi de tali re seruatione dispositiue fieret mentio secus si conditionali per supradicta. Pro quo facit, ꝙ in simili seruat signa tura gratiae cuius in ea merito sum referendarius a papa Pau lo tertio creatus. Nã quando cardinalis in supplicatione commendae de beneficio per obitum vacante sibi facien dae, narrat defunctum familiarem suũ continuum com mensalem additur clausula, & ꝙ dispositiue dicatur, ꝙ fuit familiaris continuus commensalis dicti Cardi nalis, non sufficit ergo ponere familiaritatem cõditiona liter per ea quae conclusi in praecedentibus quę conclu sio procedit & habet locum etiam si in secundo mandato seu noua prouisione esset clausula anteferri non obstan te eo, quod dictum est supra in principio huius formę vi delicet, ꝙ habens mandatum de prouidendo cum clau sula anteferri, praefertur expectanti, qui solum non fecit acceptationem, prouisione non subsequuta; quia in illo casu licet praeiudicetur expectanti quoad istud beneficiũ propter nouam prouisionem secundi impetrantis, tamẽ ex toto gratia sua non perimitur, sed remanet sibi ius sal uum acceptandi aliud beneficiũ cadens in sua gratia, idẽ dico in reseruatiuo habente reseruationem generalẽ, pu ta in hispania ad certam summam, quia habens nouam prouisionem certi beneficij vacantis in dicto regno prae cedit illum qui nondum fecit de tali beneficio sibi proui deri per eandem rationẽ. l. illud. ff. ad leg. A qui. cũ vulg. quae ratio cessat in reseruatiuo habente reseruationẽ sup certo beneficio vacaturo, cui per nouam prouisionẽ de illo met beneficio iam vacãte non praeiudicatur. quia sic in totum, & perpetuo durante illa vacatione remaneret exclusus, quod esset absurdum, & contra mentẽ papae cu ius intentio non fuit praeludicare habenti specialẽ reser uationem super illo beneficio, ex quo de illa non fuit fa cta mentio. arg. c. super eo. de offi. deleg. & c. quamuis de rescrip. li. vj. & per hanc rationem determinant similem quaestionem domini de rota. decis. ccxliiij. incip. licet de more in nouis & Egid. deci. clxvij. quae ratio cessat, quan do beneficium est reseruatum soli papae & non in fauorẽ

certæ personæ. Valet enim tunc noua prouisio papæ, licet de tali reseruatione non fiat mentio, prout tenet rota decis. 877. incipien. verum si papa conferat in antiqu. Et est aduertendum, quando papa facit mandatum de prouidendo simile isti dicitur manum apponere & tale mandatum includit quandam reseruationem specialem, secundum Egidium in consil. xxxiiij. versi. ad secundum dubium cum sequen. & est expressum in extrauag. Pauli secundi incip. ad Romani titu. de præben. Et talis manus appositio impedit ordinarium, & alios inferiores, vt in. d. extrauag. donec habeat res effectum de quo alibi latius dicam. Hic etiam caderet non impertinenter vna difficultas quæ videretur apponere magnum tumultum omnibus prædictis videlicet nunquid ea quę dicta sunt videlicet per illam clausulam quacunque generalem reseruationem importantem non includi reseruationem de vacanti in curia nunquid hoc procedit quãdo papa concessit mandatum motu proprio prout omnia mandata videntur ita concedi & certe si consideretur dictum Lapi cum quo simpliciter transeunt docto. in. d. c. ij. videtur hoc sufficere tamen ego putarem contrarium quia Lap. videtur loqui in gratia de beneficio vacanti sed in mandato de vacaturo satis dubito propter disparitatem rationum & ideo cogita.

116 ¶ †Secunda forma principalis mãdati de prouidendo, ẽ quũ scribitur pro persona incerta, sed super bñficio certo, & ista potius respicit fauorẽ ecclesiæ, q̃ psonæ. Hinc ẽ executor talis mandati vices suas alteri cõmittere nõ potest, nisi aliud in literis dicatur tex. est & exẽplum in. c. is cui in. ij. respõ. de offi. deleg. li. vj. Quia vt dicit ibi tex. In eligendo personam idoneã, videtur fuisse electa industria personæ talis executoris facit tex. in. c. fin. de offi. de leg. Hoc ẽt ponit decisio rotæ. 443. incip. fuit dubitatũ vtrum exce. in nouis. Idẽ dico, quãdo mãdatur fieri vnio ecclesiæ, vel alicui beneficio vacanti, aut mensæ sede episcopali vacante. Quia istis casibus versatur principaliter fauor ecclesiæ, prout etiã in exẽplo proxime pcedẽti.

117 ¶ †Sed hic cadit dubium satis notabile, pone beneficiũ, quod venit vniendum, nondũ vacet tẽpore quo fit mãdatũ vnionis, sed mãdatur vniri in euentum, rector

illius cedat, vel decedat. Dubitatur nunquid eo post modum actu aliter vacante, si alius de eodem sic vacante obtineat sibi prouideri cum clausula anteferri, & cum clausula non obstantiarum generali debeat praeferri in tali beneficio non obstante mandato vnionis. Dico excludendo prius vnum casum clarum, videlicet, ꝙ si papa iam tale beneficium vniuit, & annexuit, tunc habens mandatum nouae prouisionis excluditur, non obstante, ꝙ in suis literis habeat clausulam anteferri: quia illa, prout in superioribus dixi, praeseruat habentes ius in re, quale potest dici illud, quod fuit causatum ex dicta vnione, licet tempore vnionis beneficium illud nondum vacaret. Nam vnio potest fieri de beneficio nondum vacante, c. & temporis qualitas. xvi. q. i. & no. in. c. i. ne sede vacante. Vnde illa verba cedente, vel decedente rectore, licet sint ablatiui absoluti, qui als conditionem faciunt: vt in. l. attestatore. ff. de condi. & demon. & ꝑ glo. in. l. cum ab eo. ff. de contrahen. emptio. Tamē isto casu non stant conditionaliter, sed solum diem adiiciūt, quae omnino est exitura: nam certum est, ꝙ rector illius beneficii, aut cedet, aut decedet. Et ita per hęc, & alia motiua tenuit in simili quaestione Oldra. consi. ccxxiii. incip. factum tale est. Sed casus dubitabilis est, quando papa non vniuit a principio, sed vniri mandauit beneficium vacaturum per cessum, vel decessum, quo casu nondum dicitur ius in re quaesitum taliter impetranti, sed solummodo ius ad rem, quod ius videtur tolli per clausulam anteferri, appositam in noua prouisione, per ea, quae in superioribus dixi, & per ea, quae Moder. tradunt in. c. capitulum. de rescrip. Nihilominus hoc non obstante, idem puto dicendum isto casu, quod dixi in casu proxime praecedenti: quia clausula anteferri, apposita in noua prouisione non extendit vim suam, nisi ad gratias sibi similes, non autem ad maiores, arg. eorū quae habentur in. c. sedes. de rescrip. & in. c. qui ad agen. de
118 procu. lib. vi. Sed sic est, † ꝙ gratia vnionis fiendus est omnino dissimilis & maior quā sit gratia mandati de prouidendo. Nam illa est perpetua, haec temporalis, illa fauorabilis, haec odiosa. c. quamuis. de praeben. lib. vi. Illa ecclesiam seu beneficium per modum proprietatis applicans alteri ecclesiae, vt augeatur cultus diuinus, vel ob aliam, iustam, & rationalem causam, c. eā te. in fi. de aeta. & quali. & in. c. vnio. x. q.

x.q.ij.hæc autem per modum tituli, per quem potius prouidetur personæ, quam ecclesiæ. Constât autem inter prædicta esse magnam differentiam, vt legitur, & notatur in.c.eum.qui de eo, qui mittitur in possess.lib.vj. Præterea aliter dicendo excluderetur in totum ius vnionis: & sic militat ratio, qua in simili vtuntur Domini de rota decis.244.incip.licet de more in nouis. Et in hanc sententiam videtur inclinare Oldra. in dicto consil.de quo supra. Posset tamen dici, fauendo isti, qui habet nouam prouisionem, & ad hoc, vt dicta clausula, anteferri, aliquit operetur, quod vnio poterit nunc fieri, sed eius finalis, & totalis effectus suspenditur pro illo tempore, quo isti impetranti confertur beneficium, idest durante eius vita.

119 † Collatio enim quæ fit impetranti beneficium in titulum etiam si fiat vigore reseruationis papalis non impedit vnionem, respectu proprietatis beneficij, sed suspenditur pro illo tempore eius effectus, prout firmat rota decisione.xix. incipiente nota quod reseruatio in antiquis. & ista pars æquitatem habet in se videlicet, vt vtraque gratia suo tempore sortiatur effectum, maxime cum habens

120 nouam prouisionem possit breui mori. † Et sic in mora non longi temporis modicum est præiudicium .l.si debitori.ff. de iudic. l. quotiens.C. de præci.imp.offe.differtur enim vt dixi effectus vnionis ad tempus, non perpetuo. arg.l.cum ita de condi. & demonst. Sed prima pars videtur verior in puncto iuris, & propterea ad omnem dubitationem tollendam consueuit apponi in tali mandato nouæ prouisionis hæc clausula, suspendentes quascunque vniones. Et ponitur etiam communiter in huiusmodi mandatis, seu prouisionibus, dummodo vnio prædicta non fuerit sortita effectum. Quod qualiter intelligatur dixi in regula de idiomate & in regula de non tollendo iure quæsito. Non repetam vlterius.

121 ¶ † Tertia forma mandati de prouidendo est quando scribitur pro certa persona & de incerto beneficio de qua habetur in capitulo quis ei secundo de præben. libro vj. ibi dum dicitur potestatem dedimus beneficia sex clericorum tuorum cedentium vel decedentium auctoritate nostra personis idoneis conferen. similis forma ponitur in capitulo dudum eodem titulo & lib. pro cuius de

claratione sciendum est quod huiusmodi literæ, vt plurimũ conceduntur ordinarijs super beneficijs reseruatis vel alias legitime ad curiam deuolutis quæ proprie appellantur literæ facultatis & sunt fauorabiles vt probat bo. tex. in capitulo si cui de præbend. libro sexto nam per eas reducitur ordinarius ad ius suum primæuum & naturale conferendi beneficia suæ ecclesiæ & dioces. facit tex. in capitulo ab exordio.xxxv. dist. & in lege si vnus §. pactus .ff. de pact. iuncta .l. filio quem pater .ff. de li. & post. ibi non translatus sed redditus & cætera & ita per istam rationem tenet Petrus de Anchara. consil. cxxxj. incip. ad exclusionem pro quo etiam facit quia facilius res renascitur quam de nouo nascatur vt probat bo. tex. in .l. si testamentum .ff. de testa. l. inter. §. sacram de verb. oblig. ex quibus patet quod si scribitur sub prædicta forma alij quam ordinario collatori dicetur mandatum de proui-
122 dẽdo † & nõ literæ facultatis inter quæ lõga est differẽtia & primo quia per literas facultatis non grauatur ecclesia & sic non habet locum dispositio capituli mandatum cum sua materia de rescript. sed per mandatum de prouidendo bene grauatur vt dicit glos. not. in capitulo cũ aliquibus in ver. concedimus facultatem de rescript. li. vj. Secũdo differũt in alio quia cũ literæ facultatis dirigãtur ordinario prouisus vel receptus virtute earum censetur receptus auctoritate ordinarij ex quo sequitur quod si quis impetrat huiusmodi literas a papa pro se vt ordinarius habeat facultatem conferre sibi beneficium alias forte reseruatũ vel deuolutum cum dicatur recipi auctoritate ordinarij & non papæ per dict. cap. cum aliquibus vt dixi forte taliter impetrans non habet necesse facere mẽtionem de beneficijs quæ obtinet iuxta dispositionem clem. fin. de officio ordin. contrarium tamen in hoc tenet Ioan. mo. archi. & moder. in dicto capitulo cum aliquibus mouentur bona ratione quæ & mihi placet videlicet quia per literas remouetur impedimentum propter quod ordinarius conferre non poterat & sic per eas præparatur via ad obtinendum beneficium vnde idem ius
123 debet esse de termino, † quod de via quæ ducit ad terminum .l. oratio .ff. de spons. & in regula cum quid cũ vul. facit etiam bona glo. in .c. si apostolicæ in glo. pe. de præ

ben.li.vj.dico ergo circa istã materiam secundã differen
tiã veram esse in se licet illatio nõ sit vera per supradicta
124 ex quo dicto ĩfero,† ꝙ si pro iussus auctoritate mere aplẽ
cẽ concurrit cũ nominato ꝑ literas facultatis certe aplĩ-
cus ꝑfertur nominato arg.c.hi qui &.c. si a sede, de præ-
ben.li.vj.quod absq; dubio procedit si vtraq; prouisio re
periatur facta eadem die tunc enim neutro eorum posiĩ
dente ille cui papa prouidit propter eiusdem maiorem ꝑ
rogatiuam erit alteri præferẽdus vt in dictis iuribus sed
si nominato per literas facultatis facta sit prius prouisio
tũc præfertur apostolico postea prouiso prout tenet Per.
de ancha.consil.ccxv.incip.scripsit papa alias si nomi-
natus per talem facultatem cõcurrat ad præbendam va-
cañ.cum impetrante apostolico tunc impetrans aplĩcus
præfertur nominato quia papa concedẽdo literas facul-
tatis ꝑp hoc non ligauit sibi manus nec videtur a se pote-
statẽ conferen.abdicasse.c.dudum de præben.li.vi.& ita
tenet rota in antiquis decis.lv.incip. nota ꝙ vbi aliquis
quam sequuntur moder.in tract.benefi.in.xxix.q.iij.par
tis col.j.& ista sunt notan.ad nominatos per reges Hispa
niæ virtute indulti apostolici vt non præferantur impe-
trantibus seu expectantibus aplĩcis nisi aliud caueatur in
indulto regũ iuxta cuius tenorem & continentiã iudicã
dũ est.c.porro &.c.recipimus de priuil. ratio summitur
expræmissis & magis specificę ex hoc quod sequit videli
cet quia in ista nominatione præfati reges & alij haben-
tes similia indulta sunt delegati immo potius nudi mini-
stri papæ iuxta illud quod dicit Io.An.in.c.ij.de ꝑben. li.
125 vj.†quotiẽs papa ex priuilegio trãsfert iura spiritualia in
laicũ nõ execrat illa nec sunt in laico vt fundata in ipso
sed vt in ministro & agente noĩe papę ad quod facit bo.
tex.quẽ ibi ad hoc ponderat.d.An.in.c.cũ apostolica de
his quæ fiũt a pla.Nec obstat si diceret ex quo sunt nudi
ministri, vt supra ergo videtur ꝙ nominatus per eos cau
sat ius a papa non ab ipsis nominantibus arg.l.si quis Ti
tio ,ff.de legat.ij. & sic potest dici nominatus per papam
quia is facit cuius nomine fit seu cuius auctoritate & man
dato actus explicatur capitulo mulieres in fine ,de senten
tia excommunicationis quia ad hoc respondetur ꝙ
taliter nominatus consequitur ex tali nominatione

saltem facultatem ad obtinendum plenum ius in beneficio perficiens, facto & ministerio personæ ecclesiasticæ scilicet exequutoris vnde apparet ꝙ aliquale ius præparatorium saltem causat nominatus a nominante argumento, l. oratio. ff. de spons. prout etiam dicitur in iure quod quæritur ex præsentatione patroni quo mediante peruenitur ad institutionem & similiter in electione per quam ante confirmationem quæritur ius prosequendã electionem ad obtinendum plenum ius per confirmationem, vt tenet glos. ordina. in capitulo nosti. & ibi Inno. & in capitulo ex transmissa de election. ponunt domini de rota deci. ccccxcij. incip. cum ad capitulum in nouis hoc modo intelligentes glos. in capitulo quanto. lxiij.

126 distinct. † An autem reges vigore talis indulti possint nominare ad præbendas vel dignitates reseruatas puto ꝙ non nisi aliud exprimatur in indulto & hoc propter decretum appositum circa beneficia reseruata ratione cuius videtur papa voluisse habere pro illicito quicquid in contrarium fieret absq; sua licentia speciali argu. capitulo dilecto ad finem versic. nisi forte de præbend. & quæ notat Felyn. & moder. in capitulo cum accessissent de constitutio.

¶ Sciendum tamen est ꝙ in curia non derogatur indulto dictorum regum quoad canonicatus & præbendas graduatorum in ecclesijs cathedralibus & metropolitaṅ. Castellæ & Legionis nisi ad eorundem regis & reginæ

127 instantiam, † sed quid si rex habet indultum nominandi tot idoneas personas in tot ecclesiis & regnis habeat aliud indultum consimile pone ꝙ nominant quilibet eorum de per se ad eandem præbendam in genere puta ad primam vacaturam in certa ecclesia quis vel vter eorum præferatur dico ꝙ si in altero indulto caueatur ꝙ nominati vel nominanḋ. ab eo nominatis & nominãdis ab alio præferantur. tunc casus est clarus & satis est ꝙ ita principi placuit. §. sed quid princip. insti. de iur. natu. glos. in lege relegati. ff. de pen. alias cessantibus prædictis clausulis antelationum prius nominatus per vnum præfertur alteri postea nominato in assequutione primæ præbendæ vacandæ. prout sentit rota decisio. dccclxxxj. incipit. Papa in antiquis, sed an taliter nominati

per reges præferantur scriptoribus apostolicis vel alijs officialibus & in hoc non potest dari certa responsio quia inspiciendus esset tenor indulti & priuilegiorum & iuxta illum iudicandum dicto capitulo accepimus de fi. instru.&.c.porro de priuil. tamen tépore Iulij papę.ij. vt audiui a domino Guiliel.cassador cum quo ista cõmunicabam, fuit iudicatũ in rota pro nominato per regem Hispaniæ contra scriptorem apostolicum propter clausulas fortiores contentas in indulto concesso regibus Hispanię per Alex.Pap.vj.in quo voluit ꝙ nominati per indultum præferantur omnibus alijs exceptis.x.familiaribus suæ sanctitatis in cancellaria describendis, & licet idẽ Alex.concesserit scriptoribus apostolicis pręrogatiuas descriptorum non tamen censetur voluisse pręferre eos nominatis per indultum arg.c.tibi qui de rescrip.lib.vj. & ca.super eo de officio del.cum similibus. Et prædicta minus dubium haberent quando regibus nõ solum fuisset concessa facultas nominandi sed etiam conferendi beneficia quod papa facere potest quia tali casu etiam prouisio papę facta in specie non valeret vt exemplum refert specul.in titulo de legato.§.nunc tractemus vers.sed nunquid legatus &c. vbi dicit ꝙ ex quo rex Francię prætendebat habere collationem præbẽdarum ecclesię Lauden.licet papa Nicolaus contulisset ibi quandam præbẽdam quam ante suam promotionem obtinebat nihilominus rex eam alteri contulit talia enim beneficia grauari non possunt.& est aduertendum ꝙ reges pluribus modis possunt de beneficijs ecclesiasticis disponere ex licentia sedis apostolicæ primo tanq̃ patroni prout faciunt reges Castellę Legionis & Galliciæ de quibus loquit' tex.in ca. cum longe.lxiij.distinct.& hoc priuilegium quod in sola præsentatione consistit est cõmune omnibus etiam inferioribus nobilibus habentibus ius patronatus de quibus vna regula cancellariæ specialiter loquitur, Secundo mõ competit regibus facultas nominandi vt superius est dictũ in qua noĩatione multa specialia inducta sunt q̃ differunt a p̃ntatione prout latius circa hoc diuagat' Cosmas glosator pragmaticæ sãctionis præsertim ĩ ti.de ele.& de collatio. Tertio mõ cõpetit regibus ista facultas per viã collationis & ista fuit multum vsitata antiquis temporis.

bus de quibus loquitur collecta in capitulo cum dilecta in prin.de conceſſ.præbend.& tale priuilegium conferen di beneficia habuit ab antiquo rex Angliæ vt refert Ol- dra . in conſil . j. in ſecunda columna & Bald.in leg.re- ſcripta in ſecunda columna.C.de præci.impera.offe.quo loco dicit idem de rege Vngariæ & iſtam eandem facul- tatem Hadrianus papa conceſſit Karolo Francorum regi vt patet in.c.Hadrianus el.ii.cum ſeq.lxiij.diſt.& ſpeciali ter in eccleſia carnoteñ.dicti reges conferunt beneficia. vt dicit ſpecul.in titulo ne ſede vac.in fi.& compoſtel. in c.ꝙ ſicut col.fi.verſi.nunquid ille de electio. & de dictis regibus Franciæ loquitur tex.in.c.dilectus el.iij.de præ- ben.ibi ex donatione regis præbendarum collationem haberet &c.Et ꝙ conferant decanatus tenet Io. Andr.in d.c.dilectus dum allegat tex.in.c.cum inter in parte de- ciſa de conſuet.& eandem facultatem conceſſit Leo pa- pa Ottoni theutonicorum regi vt dicit glo.in.c.imperiū x.diſt.& rex Apuliæ eandem facultatem habuit vt dicit glo.in ſumma .xvj.q.vij.& de iſtis regibus pariter & de imperatore habentibus dictam facultatem loquitur Io. Andr.in.ca.is cui de præbend.li.vj.& dicit ſpecul.in ti. de præben.§.reſtat verſi.item nota &c.ꝙ imperator ha- bet priuilegium (quod aſſerit vidiſſe bullatum) ꝙ in qua- libet eccleſia Alemanię poſſet facere vnum recipi & ibi Io.And.dicit idem de regibus Francię& Angliæ & talia beneficia ſic ad reges pertinentia dicuntur hodie rega- lia vt patet in conſtitutionibus regis Francię .x.&.xj.refe runt moder.in tract.bigamiæ.q .v. in quibus expectati- uæ locum non habent vt not.glo.magna in titulo de An natis .§.item ꝙ dicta in ver. regaliæ in pragmatica & tra dunt moder.in tract.beneficia.in ſecunda parte.q.xxij.in quibus facultatibus propter euitandum ſcandalum re- ges manuteneri deberent vt dicit Io.An.in .c.ij. de præ- ben.li.vj.& circa hoc ſufficiant hic.

129 ¶†Quarta forma principalis eſt, quando datur execu- tor ad prouidendum poſt negligentiam ordinarij,qui de bet facere mandatum,ſiue præceptum illi, ad cuius col lationem taliter ſcribitur,vt infra certum terminum cō- petentem prouideat impetranti . Quo elapſo, & illo in negligentia exiſtente extunc in ipſum exequutorē traſ-

fertur potestas prouidendi, vt est casus in.c. si capitulo de conceff. præben.lib.vj. Et ex hoc appatet ꝙ execu tor datus sub prædicta forma, differt ab executore dato simpliciter ad prouidendum in hoc, quia primus debet requirere prius ordinarium, anteq̄ possit ipse prouidere vt patet ex præmissis. Secundus potest per se absque ali qua requisitione ordinarij mandatum apostolicum exe qui, vt sentit Inno. & expressius tenet hoc Panor.in.c.su per eo.de offi.delega. An autem lapso termino re adhuc existente integra possit ordinarius purgare moram si ve lit parere mandato, vt supra sibi facto Inno.in.c. propo suit de concef.præben.tenet ꝙ nō.arg.c. literas eodem titu.&.l.mancipiorum.ff.de op.leg.pro quo facit, quia non debet posse ordinarius lapso iam termino vlterius variare in præiudicium executoris, cui honor est facere prouisionem, & fungi in hoc vice papæ arg.c. præcipi mus.lxxxxiij.dist. Hoc etiam videntur sequi moder.in.d. c.si capitulo, quę determinatio maxime procedit eo ca su, quando executor lapso termino pronunciaret se so lum debere exequi: quia vt dixi ordinarius semel exclu sus non potest vlterius variare. Ad quod benefacit, ꝙ di cunt Domini de rota deci. xxxv. incip. nota ꝙ vbi epi scopus in antiq. ꝙ per nominationem semel factam de aliquo excluditur episcopus a facultate iterum nominā di, quamuis primo nominatus renunciet dominationi de se factæ arg.l.apud Aufidium.ff.de opt.leg.

130 ¶ † Quinta forma est, quando datur executor ad proui dendum in euentū alicuius conditionis, puta si ad id ac cesserit episcopi, & capituli assensus aut alia similis. Et tūc pari modo potestas huiusmodi executoris suspenditur ī euentum illius conditionis, in tantum, ꝙ si interim ali quis alius obtineat prouisionem pure a papa, erit præfe rendus primo, vt probatur in.c.si pro te de rescrip.lib. vj.per quem tex.similem quęstionem determinat Oldr.

131 consil.ccxxxiij.incip.credo de iure. Vbi dicit, † ꝙ impe trans in forma speciali præfertur illi, qui impetrauit in forma pauperum in beneficio vacante ante purificatio nem conditionum, de quibus in literis pauperum, & ra tio est, secundum eum quia in potestate illius, videlicet superioris ex cuius facto ius causabantur fuit impedire

illud ante purificatas conditiones.l.qui Balneũ in .ff. re-
spõso.& in.l.qui potior.ff.qui poti.in pig.habe.prædictã
tamen illationem,q̃ feci supra,in principio istius formę
in vers. intantum &c.intelligo sane,& declaro dupliciter
primo,vt procedat,nisi in literis primis conditionalibus
esset clausula retrotractatiua, videlicet perinde ac si die
datę præsentiũ pbendã eidem,vel beneficium contulisse
mus.Et isto casu secuta purificatione conditionis,prim⁹
debet preferri secundo pure impetranti : Quia prouisio
primi propter subsecutam purificationem prouisio inq̃
ex post eidẽ per executorẽ facta perinde habetur,ac si tẽ
pore datæ facta fuisset,prout tenent domini de rota de-
cis.383.incip.si papa in nouis hoc etiam tenet card.in.d.
cle.cum ei quem de concess.præben.ita limitando dispo
sitionem illius tex.propter verbum perinde &c. Secũdo
eam intelligo,& declaro,vt procedat,nisi primus habẽs
gratiam cõditionalem impetrasset certum corpus bene
ficij,quia tunc præfertur secundo impetranti illud idem
beneficiũ ante euentum conditionis primi quamuis iste
secũdus impetret illud pure,dũmodo in sua impetratio
ne non fecerit mentionem de prima gratia illius primi
licet conditionali.A d quod facit bonus tex.in.c.ex parte
primo de offi.deleg.vbi secundũ cõmunẽ lecturã,vtraq;
gratia erat specialis:quia referebatur ad idẽ corpus be-
neficij & tñ papa ibi dicit q̧ si memor fuisset, se scripsisse
pro primo,nõ cõcessisset gratiã secundo.Et ita in termi
nis p illum tex.tenuit Domi.consi.cxvij.incip. super du-
bio.Quicquid dicat card.in.d.cle.cum ei quem,quia pri
mum est verius.De quibus tamen latius dixi in regula,
de publicandis resignationibus.

832 ¶ †Sexta forma est quando datur executor ad prouiden
dũ iuxta vel secundũ formã literarũ legati,prout qñ gra
tia legati confirmatur p papã in forma speciali,quo casu
censetur gratia papalis.c.si apostolicæ de pben.li.vj. ex
qua confirmatione sequitur iste effectus,q̧ si gratia lega
ti est nulla,vt quia simpliciter promisisset primum vaca-
turum,& nõ per viam,seu modũ reseruationis,& sic nul-
liter cum legatus non possit dare ius ad vacaturum,vt di
cit glos.in.c.si eum de præben.li.vj.per.c.dilectus filius
co.ti.in antiquis,vel quia reseruasset in fauorẽ alicuius

beneficium ius patronatus laicorum. Quod facere non potest de iure communi. c. dilectus de officio legat. cum concor. vel similibus casibus, gratia legati existente nulla, si papa ex scientia certa sub forma praemissa scribat, tunc gratiam nullam, firmam, & validam facit. Quia vt dixi iam censetur gratia papalis. Ipse enim solus potest sanare nullitates prouenientes a iure positiuo capitulo primo de transact. cum ibi notatis. Sanat autem siue sanare intelligitur, eo ipso quod confirmat ex certa scientia gratiam nullam. Arg. eorum quae notantur in capitulo secundo de scismat. & in lege quidam consulebant. ff. de re iudic. tradunt moder. in lege & quia. ff. de iur. omn. iudic. Sequitur & alius effectus ex huiusmodi literis. Nam licet mandatum legati de prouidendo super certo beneficio vacante, expiret ipso iure legato moriente, re integra, vt per Egidium conclusio. 541. incip. conclusion. & caetera. Praeseruatur tamen, & non expirat quando papa scribit in forma praemissa. Pari modo licet mandatum legati, re integra, expiret, ne dum per eius mortem, vt dicit Egidius, sed etiam finito legationis officio, quando ad collationem vacantis processum non extitit. Non expirat tamen quando papa confirmat talem gratiam, scribendo, vt supra secundum glos. in dicto capitulo si apostolicae. Tertius effectus est, nã mandatũ legati non potest necessitare canonicos ad recipiendũ aliquẽ contra statuta ecclesiae, & ipsius priuilegia vt per glo. not. in. c. pro illorum de praeben. & ponit Panor. in. c. cum in for. in glos. super verb. vltra numerũ in fi. de consti. illis tamen per literas papae sub forma praemissa derogatur. quod tamen late prosequitur. D. Pet. And. in tract. de offi. lega. lib. iij.

83 ¶ †Septima forma principalis est, q̃ñ mandatur executori, vt illi, pro quo scribitur, prouideat de canonicatu, & p̃bendã eidẽ conferat cũ primũ eã vacare contigerit iuxta ea, q̃ habentur in. c. abbatẽ de rescript. Pro cuius declaratione notandum est, quia secũdum aliquos solet poni in huiusmodi mandato, vt prouideat de canonicatu statim, prout ponit glos. quae vtitur his verbis in hac forma. in. c. si clericus in verbo postea de praeben. lib. vj. vnde non immerito potest dubitari, quid si in literis non exprimat

illa verba, de canonicatu statim &c. circa quod sunt no-
tandæ variæ opiniones, sed finaliter standum est stilo cu
riæ, quæ habet, vt executor possit de canonicatu
prouidere in tali casu, sed ita demum, quando in literis
adest clausula videlicet non obstante certo canonicorũ
numero, alias minime. Quia in dubio papa non præsu-
mitur voluisse rumpere certum numerum in illa eccle-
sia nisi aliud exprimat secundum compost. in .c. eam te.
de rescript. Nihilominus Domin. & Petr. de Ancha. quos
simpliciter refert, & sequitur Francus in. d. c. si capitulo
tenent procedere dictam conclusionem de mero iure,
quamuis stilus id non haberet. Mouentur ista ratione,
quia quando in literis aliud non exprimitur, non vide-
tur includi ecclesia habens certum numerum .c. pro illo
rum de præben. Consequenter non potest executor pro
uidere de canonicatu in ecclesia numerata, ex quo literę
illam non includunt arg. c. si. de præben. Quid autem e
conuerso an executor possit conferre præbendam ante
quam vacetur. Dico, ꝙ certam conferre non potest,
neq; aliquem processum super ea facere vt probatur in
c. ne captandæ versi. ꝙ si fecerit de concess. præben. lib.
vi. Vbi probatur, ꝙ si executor ad prouidendum expe-
ctanti de beneficio vacaturo certum beneficium nondũ
vacans suæ prouisioni reseruet, inhibeatq; &c. Talis re-
seruatio, & processus inde secutus non valent ex defe-
ctu potestatis ipsius executoris, qui non potest reserua
tionem facere super certo beneficio nondum vacante, &
ideo huiusmodi sua reseruatio tanq̃ nulla non afficit il-
lud beneficium, quominus eueniente vacatione possit
ordinarius de illo disponere, vt est casus rotundus in. d.
c. ne captandæ. Quem tex. ad hoc vltimũ dicit esse singu
larem Roma. cons. cccxxxv. incip. circa primũ in .iij. col.
Sed primum vacaturum bene potest in genere reserua-
re, & secundum, siue etiam vlterius si hoc illi competit
ex beneficio literarum, vt dicit tex. in. c. exequutor de cõ
cess. præben. li. vj. ratio differentiæ inter prædicta ista est
quia primo casu timetur, & subest votum captãdæ mor
tis illius, cuius præbenda seu beneficium sic in specie re
seruatur. Quæ ratio cessat in .ij. casu. vt patet in dictis iu-
ribus, & ponit Egid. in simili casu conclusione .588.

31 tur ista contraria in effectu concordare, † quod aut istud verbum non valet profertur a lege simpliciter sine adiuncto, & tunc intelligitur ipso iure, & procedat tex.in.d.c.ii.cum aliis superius adductis, aut vero non simpliciter profertur sed cum additione aliorum verborū, videlicet, talis actus non valeat si per partem aliquid fuerit factum vel cōmissum, & tunc quia ista verba habēt quodammodo tractūm in futurum nō importat nullitatem ipso iure, sed ope exceptionis, ita procedit tex.in.l.vniuersa. ita concludit Bar. in.d.l.ii.quem ibi sequitur Io.de pla.& alii, & hoc idem tenet Bar.in.l.si ita quis.§.ea lege.in.6.nu.ff.de verbo.oblig. & hanc distinctionem per quam concordantur multa iura sequitur etiam, & approbat late Felyn.in.c.nonnulli.§.sunt & alii.in.xii.col.de rescrip. Et latius comprobant nouissimi repetentes in.l.si vnq̄.C.de reuoc.dona.fol.cclxi.

Et circa hoc plura tradit idem Fely.in.c.in nomine domi. ni.in.i.col.supra de test. & in.c.quoniam.in princi.penul. col.vt lit.non contest.& idem etiam reassumit in.c.rodul phus.in.xvii.col.ver.vltimo quia text.de rescrip. vbi longo apparatu ponit quae sunt verba late & proferenda sententiae, vt ibi videas per eum.

¶ Vltimo no.regulam ex isto tex. ꝙ rescriptum impetratum ab excommunicato est ipso iure nullum, & hoc est adeo verum, quia tale rescriptum non inducit litis pēdentiam: vt dicit Cardi.in clemen.fina.in.iiii.q.vt lit. penden. ¶ Et ista regula procedit etiam si per illud rescrip.excommunicatus reduceretur ad religionē, quia nullius est momenti nec professio inde sequuta: vt no.Fely.in.c.cum illorum.in.i.colū.ver.no.de senten.excom.limitando vt ibi per eum, & idem tenet Fely.in.c.fi.in.i.col.de except.post Calde.quem ibi alleg.

¶ Sed ad duo est aduertendum. Primo quia non videtur sine dubitatione dictum Cardi.in.d. clemen.fina.quia ea ratione qua dicimus, ꝙ ex actibus nullis inducitur cōsuetudo, & ꝙ libellus nullus interrumpit praescriptionem: vt tradit Ange.in. §.ex non scripto.de iure natura.cum concor.vt per Fely.in.c.ex ratione.de rescript. eadem ratione videtur dicendum in dicto rescripto ab excommunicato impetrato. Nam dato ꝙ non valeat debet tamen producere effectum litis pendentis. Sed ad hoc facilis est responsio ꝙ termini sunt dispares: nam ad interrumpendum prę scriptionem sicut & pacificam possessionem sufficiūt actus nulli qui de facto fiunt: sed ad inducendam litis pendentiam iurisdictio requiritur quae per rescriptum nullū non tribuitur. ¶ Secundo aduertendum est circa dicta Fely.in d.c.cum illorum.& d.c.fi.quia eius dictum nō videtur ve-

32 rum ex eo, † quia vbi agitur de religione nō inspicitur modus intrandi, sed effectus: vt in.c.fi.xx.q.iii. nam per huiusmodi ingressum omnis macula purgatur: vt in.c.i.de filiis presby, quia monasterium habetur loco carceris: vt in.c.sicut dignum. §.clericos.de homi. & quia text.in.d.c.cū illorum.simpliciter considerat fauorem religionis, nec distinguit an religiosus intret per rescriptum vel nō, & tex. iste fauore animae concedit excommunicato impetrationem rescripti in casu absolutionis. Ergo pari ratione dicen-

dum est fauore religionis in qua de vtilitate animæ tra-
ctatur, sicut etiam videmus ꝙ iste text. locum non habet
quando excommunicatus impetrat rescriptum pro re-
cuperatione famæ: vt dicit Ioá. de ana. in. c. dura. in. ij. &
iij. col. de crimi. fal. pari ergo ratione debet permitti pro
33 recuperatione animæ. † Nam extensio de casu ad casum
tali casu permittitur etiam in pœnalibus & correctorijs:
vt est glo. in. l. illud. C. de sacro sanc. eccle. cum simi. alle-
ga. per Alex. in. l. si constante. ff. solu. matri. & ibi tenet Ia-
son in. xiiij. col. nu. 78. & de hoc est glo. in. c. sciant cuncti.
§. de elec. cum pluribus alijs quæ congerit idem Iason in
l. cum quidam. in penul. col. si. nu. 24. ff. de libe. & posthu.
& quia in. d. c. cum illorum. abbas in monasterio suo est
ordinarius: & ideo si excommunicatus impetrat ad illũ
rescriptum videtur potius illius iurisdictionem excitare
q̃ delegatam dare: vt in. c. cũ aliquibus. §. eod. & in. c. licet.
de offi. ordi. quo casu iste tex. non procedit per tex. in. c. j.
34 §. de excep. ¶ Et ista omnia de plano procedunt quãdo
excommunicatus per se impetrat, secus si pro alios quia
tunc bene valet rescriptum, ita dicit Iason in. l. vniuersis.
C. de præci. impe. offeren. & tenet Domi. hic in. iiij. col. d.
ver. quære an excommunicatus. post Archidi. & Lapum
quem ipse refert pro qua opinio. Moder. hic plura fun-
damenta faciunt, quos per te videas, vt refero in voce, &
est tex. in. c. ex parte decani. de rescrip.
¶ Tamen contrarium tenet Abb. in. c. fi. de procu. mo-
tus quia tex. hic generaliter loquitur, & debet intelligi si-
ue pro se siue pro alio: & istam opinio. dicit tenere Ioan.
mona. & Ioan. andre. hic, & alibi: & idem firmat in. c. ad
probandum. in. ij. & iij. col. de re iudi. Immo fortius vult
Fely. in. c. post cessionem. in pen. col. §. de probati. ꝙ etiã
si talis excõmunicatus esset occultus non posset pro alio
impetrare contra Domi. hic, & sequentes.
¶ Sed ista possent ad concordiam reduci, vt colligitur
ex verbis Fely. qui nisi ita concordentur esset sibi contra-
rius in. c. dilectus. el. §. in fi. eo. ti. vel melius dicas, ꝙ aut lo-
35 quimur in casibus concessis in text. excommunicato, † &
tunc procedit dictum Domi. hic Iaso. & sequacium, vi-
delicet, vt eodẽ mõ quo & pro se, ita & pro alio impetra-
re possit absolutionem, vel appellationẽ cõmittere: & ita

intelligitur glo. in.c.fi.de procu.fm do.Anto. & Ancha. hic,& faciebat dubium isto casu:quia ex quo dispensatio facta est cum excommunicato debebat stricte intelligi respectu personae suae,non autem alterius.argu.c.sane.de priuile. Tamē hoc non obstante fm istam opi.dicitur hic contrarium,si vero loquimur in casibus excommunicato prohibitis,& tunc procedit opi.Abb.& sequacium in d.c.fin.per generalitatē istius tex. Et licet isto casu maior ratio militat quando excommunicatus pro se impetrat q̄ quādo pro alio illud plus vel minus non variat dispositionem iuris.arg.tex.valde nota.in.l.j.§.ꝙ autem.ff.de aleato.per quem tex.notabilem.q.decidit.Bald.in.l.fi.in

36 ij.col.nu.4.C.si contra ius vel vtili.pub.† vbi dicit ꝙ statutum permittens bannitum impune offendi ex quo loquitur simpliciter debet intelligi tam de offensione rerū q̄ personę,licet maior ratio sit in vno casu q̄ in alio,& ita ad hoc etiam alleg.Deci.in.l.si emancipati.in.j.colū.C.de colla.& Moder.galiaula in.l.j.§.fi.in prin.ff.de verbo. obli.vbi notabiliter loquitur post Areti.in.l.talis scriptura.in.iiij.col.de lega.j.cum concordan. vt dixi in.d.l.j.in singularibus meis.

37 ¶ † Et ista opi.ratione firmissima suadetur,quia excommunicatus ideo prohibetur ne possit esse in iudicio propter periculum cōmunionis, ac etiam ne ex malitia sua commodum reportet,& qa videns se prohibitum a commertio quo boni & honesti homines vti solent verecundia pulsus citius conuertatur,sed ista ratio militat quādo excommunicatus pro alio impetrat in casibus extra tex. nostrum,nam exercēdo officium procuratoris consequitur aliquod commodum , & vritur aliorum commertio,

38 ideo fm mentem iurium debet esse prohibita.†† Hinc videmus ꝙ excommunicatus eisdem rationibus substituere procuratorem non potest:vt late concludit Deci.post Areti.& alios in.c.post cessionem.in.xij.col.de proba.

¶ Et si tu dicis ꝙ in casibus concessis hic in tex.etiam militat periculum communionis atq; eedem rationes concurrunt,& tamen excommunicatus admittitur, respondeo ꝙ in dictis casibus est inducta dispēsatio ne communio periculum inducat quae non reperiť expressa in alijs casibus,& quia in causa appellationis & absolutionis de

quibus tex.hic loquitur videtur illud permissum ratione cuiusdã defensionis & vtilitatis animæ eius quæ excommunicato non denegatur.c.cum inter.de except.vt expresse dicit Domi.in.c.fi.§.vbi vero.col.penu.in fi.de appella.& Abb.in.c.prudentiam.§.sexta.in.j.col.de offi.de lega.Resultat igitur qđ ex prædictis ꝙ excommunicatus tanq̃ procurator poterit pro alio impetrare in casibus sibi concessis,sed extra illos casus rescriptũ non valebit.

¶ Et ista regula generaliter procedit siue publicus siue occultus excõmunicatus fuerit:vt dicit Abb.in.c.ad probandum.in.ij.&.iij.col.de re iudi.& in.c. pastoralis.§.verum.in.iiij.col.in principio de appellatio.& in.c. si vere.col.ij.de senten.excommu.& hoc videtur tenere Domi.in.c.si is cui.in fi.j.de offi.delega.

In curia

¶ Limitatur tamen ista regula aliquibus modis. Primo nisi per rescriptum impetratum ab excõmunicato committatur causa auditori rotę in curia,quia tali casu dispositio istius tex.non habet locum,ita dicunt Domini de rota in deci.dxciiij.in antiquis in titulo de impetratiõibus.& in nouis decisio.clxxv.in titu.de rescrip. & idem tenet Egidi.de bellamera decisio.cxxx.in fi.& in consi.xcv.incip.præsupponitur.in prin.& idem Domi.hic,& rationẽ

39 ponit:† quia ex quo auditores rotæ dicuntur quasi ordinarij in cognoscendo,& delegati in sententiando: vt est glo.in clemen.auditor.eod.titu.& istæ commissiones quę eis fiunt sunt quædam distributiones causarum quas facit Vicecancellarius:vt declaro in commento cuiusdam regulæ Cancellariæ,& tradit late Paul.in trac.de sede vacante.fol.xj.in.iij.col.Ideo dispositio istius tex.non habet locum in eis,& hoc idem dicit Fely.in rub.ff.de offi. deleg.in.ij.col.& in.c.edoceri.in.iij.col.in.c. nõnulli.§.sunt & alij.in.xiij.col.& fi.de rescrip.

¶ Et hoc quod dictum est pcedit respectu cognitionis: vt dicit Domi.hic,secus vero respectu decisionis : quia cum auditores rotæ in sententiando dicantur habere delegatam non ordinariam per superius dicta, & illam delegatam habeant ex rescripto nullo non valebit eorum sententia,licet valeant alia acta,ita concludit Domi.hic, cum quo posteriores transeunt.Sed istum dictum Domi

40 nici non satisfacit:† quia continẽtia causæ non debet di

uidi.c.j.xij.distin.l.nulli.C.de iudi.& circuitus est euitandus.clemen.auditor.eo.tit.& hoc ratione comprobatur: quia si valet processus,ergo valebit etiam sententia cum sententia de processu dicatur:vt tenet Io. an.Abb.& alij communiter in.c.quoniam contra falsam. per illum tex. supra de proba.& posito ꝙ auditores rotæ habeant delegatam in decidendo, non tamen recipiunt illam ex illa commissione siue rescripto,sed ex dispositione iuris tempore suæ creationis,de qua loquitur Egidi.decisio.dcxj. nam illæ commissiones non dicuntur propriæ,nisi quædam distributiones,vt est dictum,& sic nihil noui videntur tribuere,vel si delegatam tribuant deberet illa sententia valere ex coniunctione processus validi sub qua sententia comprehenditur,vt supra dixi,argum.c.sacris.de sepul.& per ea quæ singulariter dicit Bald. in.l.siquis ex argentarijs.§.j.per illum tex.ff.de edem.vbi dicit ꝙ probitas vnius ex testibus supplet defectum alterius.Et ideo infert ꝙ si vnus testis est infamis infamia facti,alter vero est multum dignus,ꝙ isti duo testes faciunt plenam pro-
41 bationem:† quia integra fides vnius supplet imperfectũ alterius,ꝙ dictum pro singulari commendat Fely.in.c. tertio loco.in fi.supra de proba.&.c.j.in.iij.col.de præscrip.& Alex.& Ias.in.d.§.j.& idem Ias.in.l.j.in.ij.lectu. col.xij.nu.53.C.de sacro sanc.eccle.cum concord.vt late dixi in.d.l.siquis.§.j.Ita in proposito est dicendum,nam dato ꝙ ipsi auditores in sententiando delegati dicantur, eo tamen respectu, quia processus factus per ipsos valet propter coniunctionem sententiæ cum processu videtur dicendum sententiam valere,& sic ꝙ vnius validitas suppleat inualiditatem alterius: non tamen recedendum est a communi opinione,quam tenet Specu. in titulo.j.§.j.in ver.sed nunquid. in fine. vbi plus dicit, ꝙ omnes existentes in curia iudicant, aut ex generali delegatione papæ:vt est auditor cameræ & contradictarum aut ex specialibus cõmissionibus sicut auditores rotæ, q licet a principio auditores fiant eo modo:vt dicit Egidi. d.deci.dcxj.nihilominus s̃m eundem Specu.in tit.de delegato.§.iam nunc.versi.item non obstat.& in tit.de auditore.§.j.eorum officium erat ad referendum antiquitus destinatum,decisio vero negocij pertinebat ad papam,

quam per specialem commissionem postea delegabat:& tradunt Moder.in.d.clemen.auditor.& Gundisaluus in tracta.cardinalium in fine.

42 ¶†Secũdo limitatur iste tex.vt non procedat in excommunicato minori:quia cum tex. simpliciter de excõmunicato loquitur de maiori intelligi debet.c.penul.de sen. ten.excom.& ita istum text. intelligit Abb. in.c.a nobis. de excep.& in.c.intelleximus.de iudi.& idem tenet Card.in clemen.j.in.xxv.q.de priui.& Domi.hic in.ij.colũ. ver.quærit Lap.& idem Domi.in.c.si is cui. in si.J.de offi.deleg.& sentit Fely.in.c.edoceri.in.iiij.col.de rescrip. Et ratio assignatur per prędictos docto.quia ideo excommunicatus maiori ab impetratione prohibetur propter periculum cõmunionis quod cessatur excõicato minori.

43 ¶†Sed ista ratio non videtur vera:quia in actu impetrationis rescripti nullum vertitur periculum communionis,sed fit præparatorium ad futuram communionẽ: vt dicit Fely.in.c.nonnulli.§.sunt & alij.col.pen.ver.potest forte.eo.tit.& quia impetratio rescripti actus extraiudicialis est,qui non prohibetur excommunicato,sicut neq; contractus,vnde eadem ratione attẽta etiam excommunicatus minori non deberet posse impetrare,neq; etiam contrahere, cuius contrarium volunt præfati docto.Et

44 ideo dicendum est,vt als dixi,† ꝙ sola rescripti impetratio excommunicato etiam maiori non denegatur, cum cessat ratio fundamentalis tex.nostri, quæ in.c.intelleximus.ẽ.de iudic.fundatur.

¶Retenta tamen communi opi.videlicet, ꝙ excommunicatus etiam a sola impetratione repellitur,alia videtur ratio quare iste text.de maiori excõmunicato debeat intelligi quæ ponitur in.c.j.J.de excep.videlicet,vt rubore suffusus ad ecclesiam cõuertatur,ac ne ex sua proteruia & contumacia commodum sentiat.Ita enim fit vt claues ecclesiæ minime contemnantur, & neruus ecclesiasticæ disciplinæ sustinetur:vt dicit tex.in.c.cũ inter.ẽ.de consuetu.quæ rationẽs cessant in minori excõmunicatione quæ propter contumaciam,seu delictum excommunicati contracta non fuit,& ideo cessat in eo prohibitio.

45 ¶†Tertio limitatur regula prædicta quando excommunicatus impetraret simul cum nõ excommunicato in re

diuidua quam excommunicatus non posset de per se im petrare: quia tunc bene valeret rescriptum non excommunicati, secus si esset res communis pro indiuiduo, tūc enim rescriptum esset ipso iure nullum, ita Io.an. in regula vtile. de reg. iur. & hic, & hoc dictum pro singulari notat Ludo. ro. in singu. xv. incip. nūquid. & sequit̃ Fely. in. c. venerabilē. in. j. col. de excep. & Domi. hic in fi.

¶Hoc tamen videtur dubium, quia eadem ratione qua rescriptum est nullum in re indiuisibili propter odium adiuncti excommunicati deberet etiā esse nullum quando res super qua impetratur rescriptum est diuisibilis &

46 separata ab ipso excommunicato. † Nam ex quo tali casu non excommunicatus potuit de per se sine excommunicato impetrare rescriptum admittendo excōmunicatum ad impetrationem videtur se inhabilem reddere. arg. tex. notabilis, & quasi in terminis in. c. cum super. de offi. deleg. & odium excommunicati hoc operari debet, ne etiam ex persona alterius consequatur illud quod per se non potest immo si quo casu rescriptum valere debet facilius sustinebit̃ quando res super qua impetratur est indiuisibilis cum fortior ratio militet: quia quando res est indiuisibilis non est aliquid imputandum non excommunicato cur excommunicatum ad communionem admissit cum ex qualitate rei indiuisibilis, & per consequēs necessitate potius q̃ voluntate compulsus hoc fecit, Nam solus impetrare non poterat propter subiectam naturā

47 rei, † & ideo rescriptū valere debuisset & sustineri ex persona sua habili, arg. tex. in. c. per tuas. de arbi. per quē tex. plura cumulat Alexā. fere similia cum isto casu in consi. cxxij. i. iiij. col. lib. iiij. & Stepha. m alereta moder. in trac. electio. fol. xv. Ad idem facit optime text. in. c. sacris. de sepul. & quæ per illum tex. notabiliter in proposito decidit Fely. in. c. cum inter. colum. fina. de except. & in. c. j. in iiij. colū. de præscrip. Multa enim conceduntur ratione actus indiuidui quæ als in actu diuiduo non concederentur: vt notabiliter dicit Thomas ferratius in cautela. x. & Iason in. l. imperium. in. j. col. ff. de iurisdi. omni. iudi. Accedant prædictis quæ tradit idem Fely. in. c. significauerunt. in. vij. col. ver. du. Abba. de excep. ex præmissis igitur videtur dicendum in casu nostro rescriptum valere

attenta habilitate alterius impetrantis per tex.in.d.l.siqs ex argentarijs.§.j.inducendo vt ibi per Bald.& quia sm regulam communem magis dignum attrahit ad se mi-nus dignum.c.tuam.de ordi.cognitio.c.quanto.vbi no.

48 Abb.de iudi.† Et hinc videmus ꝙ instrumentum confe ctum per duos notarios sustentatur vigore notarij habi-lis,licet alius fuerit falsarius:vt dicit Bal.in.l. imperator. ff.de statu homi.& in.c.tertio loco.de probat.quem cum alijs multis decisionibus refert & sequitur Fely.in.c.mul torum.de iudeis.Nec videretur honestum ꝙ ille qui ex-communicatus non est propter culpam & contumaciã excommunicati pœnam patiatur.l.electio.§.fi.cum con-cor.datis ibi in glo.de noxali.

49 ¶†Quarto limita istum text.non procedere in excom-municato carcerato, quia licet fuerit excommunicatus poterit tamen impetrare rescriptum pro redemptione sua,ita notabiliter limitat Io.de ana.in.c. excommunica mus.§.credentes.colũ.fi.in glo.cum autore.de hære.qui pro hoc allegat Bal.hic in nõnullis suis apostillis,& sequi tur Fely.in.c.fi.col.j.de excepti.& idem videtur ratione recuperandæ famæ,vt superius dixi nu.33.

¶Quod vltra ipsos suadetur, quia licet excommunica-to plura prohibentur quæ enumerat Io.an.in regula do lo.in.iiij.argu.j.de reg.iur.in mercuria.plura etiam con-ceduntur tam per extensionem rationis q̃ per dispositio nem iuris : vt tradit Felyn. in.c.intelleximus. de iudi. & quamuis text.hic excipiat duos casus, potest tamen fieri extensio ad similia:vt tradit notabiliter Alexan.in consi. ciij.consideratis.in fi.in.v.volu.Et iste potest esse vnus ex similibus casibus,nam quemadmodum in causa appella

50 tionis excommunicatus admittitur,†quia appellatio est quædam defensio & leuamẽ oppressorum.c.suggestũ.de appel.ita in.d.casu quando excõicatus est incarceratus.

51 ¶†Tamen considerandum est,quia isto casu diuersa ra tio videtur,nam incarceratus pro culpa sua non est sub-ueniendum:vt dicit Bal.in auc.contra rogatos.C.ad tre-belli.quia dignum est vt male meriti ægestate laborent.l. bonafides.ff. deposi. qua ratione huic excommunicato non esset subueniendum.

¶Sed ad ista omnia potest responderi distinguendo cul-

pam ſm ea quæ dixi in.§.item ſiquis in fraudem.nu.32. inſtitu.de actio.vbi videndum erit reliquas limitationes ad iſtum textum vltra quindecim poſitas hic per Domi. vide per Felynum in.c.venerabilem.colum.j.ſupra de exceptio.vbi eſt videndum.

¶Glo.j.ponit duo.Primum eſt ꝙ reprobat per iſtũ text. opi.Tancre.Inno.Ber.Compo.& Spec.qui dicebant reſcriptũ impetratũ per excõicatũ valere niſi opponeretur. Tamen diſputatiue videtur dicendum non eſſe veriſimile illuſtres illos & antiquos viros ita ſupine erraſſe cum illis viuẽtibus decretalis iſta edita fuerit, & propterea pro eorum defenſione dico ꝙ non obſtan.iſtis verbis text.ibi: ipſo iure per quæ mouetur glo.hic, ꝙ illi benedixerint, nam illa verba ipſo iure intelliguntur ſi pars opponat:vt eſt caſus de hoc in.§.bonæfidei.inſtitu.de actio.quem ibi no.Iaſon & omnes,& idem tenet Barto.in.l.ſi conſtat.C. de compenſati.cum concor.traditis per Iaſo. in lectu.l. admonendi.ff.de iure iuran.& alibi ſæpe,& ita opi. iſtorũ poterit procedere,& ſm hoc moderanda erunt ea, quæ ſuperius dixi in notabilibus.

52 ¶†Secundum eſt dictum iſtius glo.ex quo vna alia concluſio reſultat,videlicet,ꝙ quãdo.in aliquo actu,ponitur clauſula anullatiua,cõſenſus partium,nihil operatur,ſed bene operatur,quando actus poteſt elidi, & anullari per exceptionem,quia tunc pars non opponẽdo facit actum valere.Ita iſtam glo.vltra ſcribentes hic ad hoc ponderat Fely.in.c.olim.in fi.prin.de excep.& in.c.cũ acceſſiſſent. in tertia columna de conſtitutio.& in.c.nonnulli.§.ſunt & alij.in.xiij.col.de reſcrip.& aliam habes glo.concordãtem de iure ciuili in.l.a diuo pio.ff.de re iudi. cum pluribus concor.ibi alleg.per eum,quibus adde Iaſo.in.l. nõ dubium.in.iiij.col.C.de legi.& in.l.pacta quæ contra.in princi.& in.l.penul.in.vj.col.C.de pac.& Andre.ſicu.in clemen.fi.in.xxx.col.de reſcrip.ſm paruam impreſſionẽ & in clemen.j.in.viij.col.de electio.vbi vltra plures gloſas quas allegat dicit de hoc eſſe text.vltra alios in.§.& ſi legibus.iiij.diſtin.cum alijs ſimi.vt per Felyn.in.c.cæterum.in.xij.&.xiij.col.ẽ.eo.tit.& dixi in clemen.vnica.de conceſ.præben.& dicam in.c.diſpendia.ſuper glo. proceſſus.eo.tit.Et ratio iſtius concluſionis redditur per pre

53 fatos docto.† quia clausula anullatiua introducit formã: vt tenet Bal.in.l.j.ff.de libe.& posthu.& Pet.de ancha.in repe.c.canonum.in ver.quarto si statuto cauetur ꝙ no-
54 tarij.supra de constit.† Sed clarum est ꝙ vbi introducta est forma non potest illi consensu partium renunciari:vt tenet Bar.in.l.de his.ff.de trãsac.& Bal.in auc.iubemus. per illum text.C.de iudi.& reassumit Iason in.l.sed & si quis.§.quæsitum.in.v.colũ.ff.siquis cau.ergo neq; in isto casu poterit,& istam opi.tenet Bernard.de bisig.in decisione.j.de iure iuran.Fely.in.c.cum dilecta. in.viij.col. de rescrip.facit glo.in.l.ij.C.commu.vtriusq; iudi.& pro ista opi.ꝙ quando est clausula annullatiua nõ possint partes renunciare,videtur esse casus in.c.dilecto.de præbẽ.
55 † Et pro ista parte pondero hic esse glos.inducendo hoc modo,nam si rescriptum est nullum ipso iure ab excommunicato impetrat,ergo oppositio partis non est in consideratione:vt dicebant Tancre.& alij enumerati in gl. & prædicta procedũtur etiam si lex annullaret actum in fauorem partis:quia tali casu cõsensus etiam eius nihil operatur:vt probat glo.in.d.c.dispendia.& glo.in.c.statutum.in verbo committantur.j.eod.quas glo.sequuntur repe.hic.

¶ Sed contra istam conclusionem tenent Moder.Bononien.hic rationibus de q̃bus hic per eos,vt refero in voce vltra quos ego contra istam cõclusionem adduco mo
56 tiua duo.† Primum quia clara est regula ꝙ quãdo lex est inducta in fauorem alicuius dato ꝙ illa lex contineat formam illi potest renunciari tex.est in.c.fi.§.fi.de offi.dele. Bar.in.l.filio præterito.per illum tex.ff.de iniusto rup.testa.facit.l.penul.cum vulga.C.de pac.con.eodem modo est dicendum quando illa lex continet clausulam anullatiuam:quia clausula anullatiua super aliqua dispositione idem importat ꝙ forma:vt tradit Bal.in.l.j.ff. de libe.&
57 posthu.† & tamen illi formæ inductæ per talem clausulã renunciari potest per partem:vt in.d.c.fi.Et quia clausula anullatiua apposita in aliqua dispositione non alterat eam,sed eius sequitur naturam:vt est casus in cle.vnica. & ibi Cardina.notat de concessio. præben. Sed simplici dispositioni renunciari potest consensu partium,ergo & clausulæ anullatiuæ.

¶ Comprobatur hoc quia non debet plus posse operari vinculum principis q̃ dei.arg.c.dudum.§.nos igitur de praeben.eo.lib.sed vinculum principis per decretum suum inductum inducit formam:vt tradit Bald.in.l.j.ff.
58 de liberis & posthu. † Ergo eodem modo & vinculum dei quod est iuramētum etiam inducit formam:c. ad nostrã. de iure iuran.& tamen illę formę inductę per huiusmodi vinculum per renūciationem dispositionis in quo iuramentum interponitur renunciari potest:vt est gl.communiter approbata in.c.fi.de procura.&.l.fi.C.de non nume.pecu.Bar.in.l.cum precario.ff.de praeca.cum simi.Igitur idem dicēdum est & a fortiori in clausula anullatiua posita a principe.
59 ¶ † Et ideo pro concordia istarum opinio. potest vltra alios dari noua distructio, q̧ autem loquimur de consensu tacito,aut de consensu expresso.Primo casu procedit communis opi.q̧ partes non possunt clausulę anullatiuę renunciare.In secundo casu procedit contraria opi.q̧ expresso consensu bene potest fieri talis renunciatio,attento q̧ est inducta in fauorem renunciantis, de hoc est casus singularis probans ista duo membra in.c.statutū.§.in nullo.eo.ti.vbi dispositio illius tex.habet clausulam anullatiuam in fi.& tamē dicit tex.in.d.§.in nullo.q̧ partes possunt expresse illi renunciare,non autem tacite,ita est ibi tex.quem ad hoc multum commēdant domini de rota in deci.ccclxxx.incip.si iudex delegatus sub titu.de rescrip.in nouis,& pro singulari allegat etiam Alex.in.l.fi.in.j.col.nu.6.ff.de iurisdi.omni.iudi.cum simi.vt dixi in.d.§.in nullo. Immo fortius probat ille text. q̧ dato q̧ cōstitutio sit facta pro communi vtilitate dummodo in ea consideretur fauor partium potest illi renunciare, vt ibi patet iuncto principio illius tex.ibi pro communi vtilitate &c.
60 † Et per hoc resoluuntur cōtraria adducta pro communi:quia licet clausula anullatiua ponat formam, & formę non possit renunciari:vt superius dictum est.Illud procedit,nisi illa forma sit introducta in fauorē partium:vt est tex.quem ibi nō.Bal.& Moder.in.c.fina.§.de his.ij.de offi.delega.& tenet Deci.in.c.de causis.in.iij.notabili de officio delega.

¶ Et ista omnia de plano procedunt quando solus con-

sensus partium est in casu sine aliquo ministerio iudicis, sed vbicunque iudex non obstante exceptione partis pronunciaret rescriptum impetratum ab excommunicato valere, & per consequens se iudicem competentem declararet tali casu reo non appellante rescriptum valebit & tenebit, & iste tex. non procederet: vt singulariter tenet Lapus hic quem communiter alii sequuntur. Adde tu pro ista opi. Lapi Abb. in. c. super literis, in fi. & ibi Felyn. col. xx. nu. 40. ver. limita secũdo, de rescrip. & sequitur idẽ Abb. in. c. ex parte decani in. v. col. eod. tit. & in. c. præterea, in. v. col. de dila. & in. c. si duobus. in. iiii. col. & ibi Deci. de appel la. qui dicit istam esse optimam cautelam pro iudicibus non habentibus iurisdictionem vt se pronuncient competentes, nam si non appellatur a tali pronunciatione valet actus per dictum Lapi hic, quem etiam vltra prædicta sequitur Fely. in. c. cæterum. nu. 16. & nu. 23. de rescrip. & in. c. cum dilecta. in. ii. col. ver. xxxix. casus. eod. tit. Roma. consi. ccclxxxiiii. in casu proposito. & Georgi. natàm in repeti. clemen. sæpe. in. xx. colũ. de verbo. signi. Tamen licet prædicta videantur satis aures demulcere, contraria tamẽ opi. contra Lapum mihi magis placet per fundamẽta adducta hic per Moder. repe. quæ vobis in voce refero, ad quæ nihil addendum occurrit.

¶ Glo. secunda in verbo rescriptum diuiditur in duas partes, in prima ponit concordantiam ad istum tex. In secunda quærit & soluit secunda ibi, & satis hic puto. Et ista secũda pars subdiuiditur in tot partes quot sunt rationes positæ pro decisione.

¶ Ex prima parte colligitur conclusio ꝙ de iure antiquo rescriptum impetratum per excommunicatum erat nullum ipso iure: vt in. c. dilectus hic alleg. in glo. pro concordan.

¶ Tamen in hoc dictum glo. non consonat: quia al's frustratoria esset dispositio istius text. Sed responde ꝯm communiter omnes in. d. c. dilectus. ꝙ ibi non erant literæ ipso iure nullæ nisi per exceptionem, & maxime processus, secus vero hic.

¶ Sed tamen aduerte, quia ista solutio communis videtur dubitabilis ex eo, quia tex. in. d. c. dilectus, dicit ꝙ talis debeat carere impetratis, & verbum careat de sui propria natura inducit anullationem ipso iure ꝯm communem opi.

vt tenet glo. in .l. prouidendum. in ver. careat. C. de postu. cum concor. vt per Deci in .c. ex tenore. de rescrip.

¶ Et ideo aliter responderi potest, quod de iure illo antiquo non reperiebantur excepti isti duo casus, de quibus hic. Et sic ratione illorum casuum poterit iste tex. nouam dispositionem continere. Vel secundo dicas quod tex. in .d .c. dilectus non dicit quod careat impetratis, sed quod debeat carere, & sic nō inducitur ipso iure nullitas, sed requiritur ministerium hominis, secus vero hic.

62 ¶ † Colligitur secundo ex ista glo. quod reus qui excommunicatum repulit non poterit eum coram eodem iudice reconuenire. Hoc tamen intelligendum est quando talis iudex fuisset datus per rescriptum impetratum tempore excommunicationis, secus vero si tēpore habili, licet ex post excommunicatio superuenerit: vt tenet hic Io. and. & alii. arg. tex. in .c. cum olim, & .c. p. & .g. de offi. deleg. Sed considerandum est, quia illa eadem ratione qua excommunicatus prohibetur esse in iudicio militat isto casu. Nam clarū est quod ideo iste reus excommunicatum repulit propter periculum communionis, & ista ratio concurrit quādo per viam reconuentionis vult cum illo litigare, Nam hoc concessum non reperitur: & quia si reus in vno casu reprobauit eius communionem in alio casu tenetur illi prohibitioni stare contra se, arg. l. publia. ff. deposi. Et per hoc etiam magis dubium redditur dictum Moder. repetentium hic post Pet. de anchā. dum volunt quod reus potest reconuenire actorem excommunicatum coram iudice delegato quando actor vult desistere aliter mouerentur ratione: quia per ipsum rescriptum est acquisitum ius ipsi reo, quod eo inuito auferri non potest. Nam per prędicta istud dictum non est verum ex eo, quia si rescriptum non valet, vt hic probatur ergo reconuētio non valebit, cum iudex delegatus non dicatur isto casu habere iurisdictionē, & ideo processus erit ipso iure nullus, circa hoc tamen de reconuentione multa dixi post Moder. in .c. dispendia. l. eo.

63 ¶ † Glo. processus cōcludit vnum, quod processus factus per excommunicatum coram ordinario valet anteq̄ opponatur rationibus de quibus hic in ea, cum qua transeunt omnes scribentes hic.

¶ Sed Andr. sicu. in .c. intelleximus. de iudi. in. viii. col. nu.

45. reprobat istam differentiam inter ordinarium & delegatum concludens processum coram vtroque esse nullum ipso iure: & respondent ad tex. in. c. pia. j. de excep. vbi dum ibi dicitur quod ea quæ præcesserunt in suo robore durantur. Dicit enim quod ista verba nihil operantur vltra id quod a iure reperitur dispositum, neque dant nouum robur: vt dicit Ang. in l. fi. C. de tempo. appella. cum simi. vt ibi latius per eum, qui super hoc multum insistit & exaltat vocem suam & idem tenuit in consi. xxvi. sapienter scripsit. in. vi. col. in ii. vol. & in consi. xxxviii. præclare scribit. in. xii. col. eo. lib. ¶ Sed ad sua motiua respondent Fely. & Deci. in. c. intelleximus. & idem Fely. in. c. cæterum. in. vii. col. per illum text. de rescrip. vbi dicit quod ista verba multum operantur: quia inducunt anullationem ipso iure. Sed omissis contentionibus quicquid sit in effectu ista videtur veritas † quod illa clausula in suo robore duraturis nihil noui inducit, nisi princeps per alia verba hoc declarauerit: vt in d. c. pia. reperitur in multis locis declaratum per plura verba: vt patet in fi. ibi: sed sententia quæ præcessit non minus robur debitum obtineat &c. Et ideo consideratio And. sicu. non habet locum, & ita in terminis Fely. declarat in. c. cum ad monasterium. in. ii. col. de senten. & re iudi. & in. c. exceptionem. in ii. col. de excep. Deci. in. c. cum accessissent. in prin. de consti. patet igitur quod in. d. c. pia. processus valet ante oppositionem, & sic opi. And. sicu. non est vera.
64
¶ Sed vlterius est diligenter præscrutandum quare in. d. c. pia. processus valuit, & hic no. glo. nostra, & communiter docto. dicunt: quia ibi coram ordinario hic coram delegato. istud mihi non videtur verum, nam iste text. non dicit aliquid de delegato, & in dubio potius de iurisdictione ordinaria videtur intelligendum, & sic de iurisdictione maiori & firmiori, per ea quæ Iason tradit in rubri. ff. de iurisdi. omni. iudi. Et quocunque modo fiat interpretatio ad istum text. prædicta concordia istorum iurium non subsistit: nam si iste tex. intelligitur in dubio de ordinario concordia communis non procedit, si vero intelligamus istum tex. simpliciter loquentem procedere in delegato eodem modo dicemus tex. in. d. c. pia. qui etiam simpliciter loquitur debere intelligi in delegato: nam aliis exponere ista iura simpliciter loquentia diuersimode non suadet ratio recti intellectus.

¶ Et ideo

¶Et ideo cogitabam pro noua concordia & intellectu istorum iurium si dici potest, q̃ dispositio istius tex. procedit in rescripto impetrato ad partis instantiam: vt patet ex illis verbis impetratum positis hic, quæ partis petitionem indicant, vt patet in. l. j. & ibi no. Bar. C. de pet. bo. sub. lib. x. Sed tex. in. d. c. pia. loquitᵉ in rescripto concesso motu proprio, Nam ex quo ibi nulla fit mentio de impetratione quæ est facti non præsumitur illam interuenisse, Ergo censetur cõcessio illa facta motu proprio, & tamen motus proprius istud operatur, q̃ tale rescriptum valeat per tex. notabilem in. l. si quis iniquum. ff. q̃ quisq̃ iur. & in. c. si pluribus. & in. c. si motu proprio. de

65 præben. eo. tit. †Nec obst. q̃ motus proprius non habilitat personam: quia verum est respectu habilitatis prouenientis ratione personæ, vt videlicet per hoc censeatur absolutus: vt in clementi. si summus pontifex. de senten. excommuni. rescriptum tamen bene valebit, donec opponatur, & hoc inducit motus proprius: & ita potest intelligi tex. in. d. c. pia. Et si dicatur q̃ etiam iste intellectus est diuinatiuus fateor, sed non est ita diuinatiuus sicut communis intellectus, & qualitercunq̃ sit propter difficultatem contrarij. Ita videtur dicendũ, vt in simili dicit Barto. in. l. ita stipulatus. in. xij. col. ff. de verbo. obliga. Et q̃ iste tex. procedat in rescripto impetrato ad instantiã partis, & non in rescripto motu proprio, tenet Domi. hic in iiij. col. & col. fina. in. ix. limitatione, & sequitur Barba. in rub. de rescript. col. ix. vbi hoc declarat dum quærit si in tali rescripto esset apposita clausula supplentes &c. de quo dic, vt ibi per eum.

¶Vel secundo põt responderi q̃ iste tex. procedit quando rescriptum fuit impetratum tempore excommunicationis: sed. c. pia in rescripto impetrato ante excommunicationem, licet postea excõmunicatio superuenit quo casu potest repelli a iudicio, sed processus antea factus valebit. Et iste videtur verus sensus illius literæ, pro quo faciunt quæ dicit Fely. in. c. fi. col. j. de excep. & quia videmus q̃ excommunicatus conditionaliter pendente conditione potest impetrare: & non habet locum iste tex. vt limitat Pet. de ancha. in consi. clviij. ex narratis. col. fi. ergo a fortiori erit dicendũ isto casu quando a principio quis

non fuit excommunicatus.

¶ In ea.glo.ibi ſatis mirandum concludit glo.vnum ad
66 quod frequenter alleg.iſta gl.† ꝙ iuriſdictio delegati odio
ſa eſt.c.p.&.g.de offi.deleg.c.ad hæc.extra eo.tit.& tenet
Andre.ſicu.in.c.cauſamꝗ.nu.28.eo.ti.& in.c.præterea.
in.j.col.de offi.deleg.vbi alleg.glo.hic.

¶ Et iſtud dictum ꝓcedit etiam per interpretationem:
vt tradit in notabili caſu Iaſon in.l.ſi idem cum eodem.
in prin.in.j.col.ff.de iuriſdi.omni.iudi. Et fortius voluit
Pau.de ca.in conſi.ccliij.ad confirmationem.in.j.vol.ꝙ
reſcriptum impetratum puta ad ſummam ducentorum
ducatorum ex cauſa mutui non extendetur ad eandem
ſummam ex cauſa ſtipulationis.alleg.Inno.in.c. ſuper li
teris.extra eodem,& plura alia ibi congerit,quæ videas,
& hoc conſilium approbat Fely . licet corrupte in.c.ſe-
des.in fi.de reſcrip.& iſtam etiam opi.tenet Andr.ſicu.
in.c.ſuper eo.nu.41.de offi.deleg.

¶ Sed circa hoc aduertendum eſt,quia Inn.in.c. epiſco
pi.de reb.eccle.non alien.col.fi.tenet contrarium, & di-
cit ꝙ reſcripta ad lites debent latiſſime interpretari:& di
ctum ſuum in ratione conſiſtit: quia reſcripta huiuſmo-
di per quæ mandatur iuſtitia fieri,debēt interpretari ſm
ius commune, & recipiſit omnes interpretationes eius:
vt tradit Domi.in.c.licet canō.§.fi.ver.nota bene iſtud.
ṡ.de elec.eod.lib.ſequitur Deci.in conſi.ccxxxiij.col.pe.
Cum igitur ius commune propter eius fauorem recipi-
at latam interpretationem: vt in.l.ſcire.§.aliud.ver.ſed &
ſi maxime.ff.de excu.tut.& in.l.de interpretatione. cum
aliis.ff.de legi.& no.glo.in.c.iij.in ver.numerandum.de
præben.eo.li.Igitur in reſcriptis eadem debet fieri inter
pretatio.Cogita & circa hoc vide Io.an.in.c.capitulum
& latius in reg.is qui in ius.de reg.iur.in mercu. & Fely.
in.c.cauſam.eo.tit.Et reſolue iſtud contrarium cum di-
ctis Abb.in.d.c.epiſcopi.vt retuli in voce,& Felyn.in.c.
cauſam.eod.tit.

67 ¶ † In ea.gl.colligitur hic,ꝙ appellatione iuriſdictionis
venit delegata.Ita ad hoc iſtam glo.alleg.Moder.repe.in
ti.de offi.eius.fol.ij.col.iiij.& hoc ex iſta gl.aperte colligi
tur dum iſtum tex.ſimpliciter loquentem intelligit in iu-
dice delegato, & iſta videtur eſſe communis opi. ¶ Sed

considerandum est quia non videtur vera aliquo pacto
68 ex eo quia clara est iuris regula † q verba in dubio debēt ītelligi iure ordinario nō extraordinario.l.scio.§.medico ff. de annu. leg.no.Barb.in.c.volētes de offi.leg. & Decius in.c.inter cætera in.iij.col.de appel.cum concor. vt tradit Io.neuiza. in sylua nuptiali fo.xxv.in. iiij.col.prę terea quia in dubio causa naturalis potius attendi debet q̄ accidētalis.l.qui ha.ff.de tutel.Bal.in auct.similiter.C. ad.l.falci.Bar.in.l.siquis postumos.ff.de lib.& post.& in.l.
69 fi.ff.de offi.proc.Abb.in.c.licet de offi. leg.† sed iurisdi-ctio delegati est accidentalis ordinaria vero est naturalis vt tenet Andr.sicul.in.c. sciscitatus numero. 47. de rescrip.& de se patet ergo in dubio de ordinaria intelligi debet prętereà indubio quælibet res vel causa debet interpretari perpetua & peremnis non autem temporalis.l.i.§.hoc interdictum.ff.de fonte & quod per illū tex. no.Alex.in.l.in illa col.ij.ff.de verborum oblig. An.sic. in repe.l.cum acutissimi in.cxiiij.col.C.de fideicō.& Ro.
70 consil.xlv.prępsuppositis in.j.col.† sed iurisdictio ordinaria est perpetua procedens a lege delegata nō est tēporalis & ab homine cōclusio indubio ordinaria debet attēdi non delegata,neq obst.q iurisdictio delegata est,dignior.c.sane cū vulgaribus de offi.deleg.quia respondetur q licet si dignior non est potentior vt patet in.l.more.ff. de iu.o.iudi.nā ex quo iurisdictio ordinario prouenit a le
71 ge dicitur potētior vt in.l.j.ff.de offi.deleg. † Hinc est q actiones ciuiles quæ a lege proueniunt sunt potentiores prætorijs vt legitur & no.in.l. v.de ver. oblig. & insti.de ppe.& tēpor. præscrip.p totū & in.l.in honorarijs.ff.de actio.& oblig.concurrente igitur digno & potenti illud quod potētius est attenditur vt in.l.quæritur.ff.de sta.homi.& in.c.tuā de ordi.cogni.hinc est q inter duos testes quorū vnus sit pauper alter diues creditur magis diuiti q̄ pauperi nisi diues sit infamis vt tradunt moder.in suo tract.de test. fol.iij.& octauo & de ista pro quo vide late Io.Fran.purpuratum in rubrica.ff.de iu.o.iudi.vbi pluribus modis limitat ex cuius limitationibus poterit resolui tota ista materia.

¶ Glo.alio in duas partes diuiditur ponit.n.q. & soluit in.ij.parte plurium opi. refert.

¶ Ex qua vos vnum colligatis quod excõĩcatus impetra re non potest rescrip.in cau.inquisitionis rationibus de quibus in glo.cũ qua cõmuniter doct. videntur trãsire. ¶ Gemi. tñ hic post Lapũ & alios quos refert distinguit dicens ꝙ istud dictũ glo.procedit quando in impetratio ne rescripti fuisset expressum nomen excõmunicati se cus vero si rescriptũ impetratũ p excõmunicatũ impso naliter loqueretur quia tali casu opi.glo. nõ procederet & ita simpliciter cũ ista distinctione posteriores trãseũt ¶ Sed considerandũ est quia mihi videtur ꝙ non sit ali qua differentia quando in rescripto sit expressum nomẽ vel loquatur impsonaliter dũmodo probari possit ꝙ ex cõmunicatus illud rescriptum impetrauerit quia certũ est ꝙ quãdo actus per partẽ expeditur & impersonaliter loquitur in dubio videtur contemplata psona agentis nõ aũt persona iudicis de hoc est doct.Bar.in.l. vnica .ff.de condi.ex lege col.penult.alleg.tex.in auct. sacramẽta pu berum.C.si aduer.ven.&.l.status.ff.de acq.re.domi.&.l. si vero.§.pręter.ff.de his quæ deiecerunt vel effuderunt & illam doctri.cõmuniter sequuntur doct.facit tex. in.l.
73 & magis.ff.de solutio. † Nã isto casu paria sunt ꝙ perso na nominetur vel ꝙ verba rescripti in ea verificari pos sint.c.ex parte extra de offi.delega.l.certũ .ff. si cer. pet. nam genus quod non potest verificari nisi in specie re putatur species .l.ij.ff.de lib.& post. præterea quia hoc est clarũ in iure ꝙ actus ab eo pręsumitur factus ad quẽ ille actus ptinet vt tradit Old.in consil.cxxxvj. in.ij.col. qui inter.loquitur & quia excommunicatus prohibetur nomine alterius impetrare tanq̃ procurator vt in.c.post cessionem de probatio.ergo a fortiori ex persona sua li cet nomen eius non fuerit expressum & hoc vlterius sua detur quia iura generaliter prohibent excommunicatũ ab impetratione iudicis vt hic ergo videtur comprehen dere iudicium inquisitionis secundum communem opi. vt tradunt modernos post Abb . in rubrica de iudi. in vj. & vij.columna quia inquisitio de iure canonico reme dium ordinarium dicitur vt tradit Bal. in capitulo pri mo per illum textum in secunda columna de offi. ordi. & in capitulo super literis extra eodem ergo pariter ex communicato prohiberi debet.

74 ¶ † Et q̃ tale rescriptũ impersonale in quo persona non esset nominata non valeat, tenet expresse Domi. obliitus sui in. c. sequen. in. ij. col. ver. & per prædicta. Et quantũ attinet ad negocium inquisitionis in quo dictum est excommunicatum rescriptũ impetratre non posse. Est advertendum quia contraria opi. verior videtur pro qua efficaciter facit: quia vt crimina detegantur al's incapaces & inhabiles ad impetrãdum admittuntur. l. si quis in graui. §. verum. & ibi not. Barto. ff. ad sile. cum simi. quæ scribit And. sicu. in. c. j. col. xiiij. de consti. vt dixi latius in §. in personam. nu. 23. insti. de actio.

75 ¶ † Sed quando excommunicatus impetrat in negocio inquisitionis ista impetratio tendit ad hoc vt crimina detegantur, ergo impediri non debet talis impetratio, & tali casu bene adaptatur ratio tex. in. l. j. C. de præci. impe. offeren. videlicet q̃ nõ refert per quem præces porrigantur. l. vniuersis. eo. tit.

¶ Et ideo vt omnes difficultates resoluãtur possunt opiniones sic concordari. Nam dum quæris an excommunicatus possit impetrare in casu inquisitionis est distinguẽdum, an talis inquisitio tendet ad cõmodum excommunicati necne. Exempli gratia est factũ furtum in vicinia excommunicato ignoratur a quo habetur, tamen de aliquibus suspicio excommunicatus impetrat ad istum effectum, vt rem sibi subtractam hoc medio consequatur, tunc dico tale rescriptum non valere propter rationem quæ colligitur in. c. j. §. de excep. videlicet vt excommunicatus citius conuertatur ad matrem ecclesiam, & ne ex sua malitia commodum reportet. c. intelleximus. de iudi. & sic communis opi. procedet. Aut vero excommunicatus cui nullum damnum in vicinia fuit illatum impetrat principaliter vt crimina detegantur, finge enim in vicinia esse pupillos, viduas, vel alias miserabiles personas quæ damnum passæ sunt habetur suspicio de aliquibus, excommunicatus miseratione ductus, vel quia plus potest impetrat vt crimina detegantur, putarem tali casu delere rescriptum ratione tex. in. l. j. C. de præci. impe. offe. super quæ cogitabis.

76 ¶ † Tertia conclusio colligitur ex ista glo. q̃ excommunicatus non poterit impetrare procuratorio nomine al's

terius.c.post cessioné.alleg.in glo.cum qua oés transeūt
¶Sed aduerte diligenter ꝙ text. in d.c.post cessionem non probat hoc ad quod glo.hic,& alij inaduertēter adducunt,quia excommunicatus ibi ea ratione prohibetur esse procurator:quia debet officium suum circa iudicialia exercere quibus reperitur prohibitus,& quia tali casu ex quo procuratoris officium mercennarium est,& vtile consequi potest ex illo commodum quod excommunicato prohibetur:vt in.c.intelleximus.de iudi.Ista ratio non militat in sola impetratione rescripti,quæ est actus extraiudicialis:vt in.c.ex parte.extra eo.titu.& fatentur vbiq; docto.Nam eadem ratione qua excōmunicatus contrahere potest nomine suo ex quo est actus extraiudicialis:
77 vt in.c.veritatis.& ibi Abb.de dolo & contu.† debet etiā posse a fortiori impetrare nomine alterius,cum sit etiam actus extraiudicialis,nec inspici debet per quē actus expediatur,nisi in quem effectus actus dirigitur.l.si legatarius.C.de lega.traditur in.l.cum filio.de lega.j.& in.l.si defunctus.C.de suis & legi.neq; potest isto casu considerari ratio vtilitatis excommunicati,nec vt citius conuertatur:quia omnes istæ rationes concurrunt in contrahēdo,& tantum non prohibetur a contractu,igitur eadem ratione videtur dicendum in casu isto quare puto ꝙ gl. non bene dicat.
¶Et si dicatur ꝙ omnes istæ rationes militant etiam vt excommunicatus non debeat repelli a iudicio,respondetur ꝙ in iudicio alia ratio cōcurrit,nam ibi est propter concursum plurium personarū vbi est periculosior con
78 uersatio & communio,†ideo excommunicatus prohibetur esse in iudicio.Et quia ibi facilius nascitur scandalum & perniciosum exēplum,nam forte si excōicatus contēptis clauibus ecclesiæ agere cās,& hoc ecclesiastici pmitterent a simplicibus dici posset vbi est deus corū:& quia ēt hoc expresse in iudicialibus ꝓhibitum est in dictis.c.intelleximus.cum simi.Et ideo ꝓhibitioni standū est,licet
79 concludēs ratio reddi non posset,† quia non oīum quæ a maioribus nostris disposita sunt ratio reddi pōt.c.si qñ de rescrip.l.non oīum.ff.de legi.quia in his quæ sunt de iure positiuo sufficit dicere.Ita placuit Legislatori:vt est glo.in.l.j.in ver.tatus.de postul.& dico alibi.

1 Dictio multi plura comprehendit, & qualiter ibi.
2 Bis gestum dicitur multis vicibus factum.
3 Dictio pluries quot comprehendit.
4 Duo dicuntur plures.
5 Dictio plurimas quid differat a dictione plures.
6 Dictio articulis quomodo exponatur.
7 Verbum trahantur quid significet.
8 Iudicium reddi in inuitum quando intelligatur.
9 Trahi dicitur ille, qui solum citatur.
10 Allegatio generalis quibus casibus possit fieri.
11 Allegatio specialis non sufficit nisi sit in proposito.
12 Allegatio ad balistam.
13 Allegantes quando dicitur ligare arenam sine cemento.
14 Allegans impertinentia & generalia repelli potest.
15 Allegare generaliter coram principe & magno doctore, an sufficiat.
16 Princeps ita potest iura ignorare vt quilibet priuatus.
17 Princeps propter potestatem quam habet interpretandi dicitur habere iura in scrinio pectoris.
18 In quo casu aduocatus allegare possit ad aurem iudicis.
19 In consilio quando allegationes poni debeant.
20 Qñ sufficiat dicere per ea quæ vidi & audiui sic cōsulo.
21 Infinitas siue generalitas reprobatur.
22 Infinitas reprobatur in quinquaginta casibus.
23 Actor reconuentus non potest corā eodē iudice recon- uenire reum super causa in rescripto non tñ expressa.
24 Infinitas reprobatur ne lites sint infinitæ.
25 Compromissi dies nisi semel per arbitrū prorogari pōt.
26 Sententia lata ad dictum peritorū an debeat retractari.
27 Creditor an possit pignorare alteri pignus debitoris sui vltra tertiam vicem.
28 Ius acquisitum in pignore an sit reale.
29 Infinitas reprobatur a iure.
30 Pignus semel liberatū non pōt denuo pignori subijci.
31 Delegatus principis an possit subdelegare cum potesta- te subdelegandi.
32 Vicarius perpetuus an substituere possit vicariū ppetuū.
33 Patronus laycus an possit variare vltra duas vices.
34 Quando datur potestas variandi prestat occasio fraudis
35 Vbi alicui cōcessum est variare, non intelligit nisi semel.

36 Qui promisit reficere molendinum si dirueretur, debet intelligi de prima vice.

37 Aduocatus qui pro certo salario promisit defendere causam, an teneatur pro eodem salario prosequi causam appellationis.

38 Monachis habentibus priuilegium, ꝙ possint tempore interdicti vna cum familiaribus suis audire diuina, an intelligatur tantum de familiaribus præsentibus, vel etiam de futuris post priuilegium.

39 Exceptio excommunicationis an possit opponi bis tm̃.

40 Actus intelligitur pro prima vice.

41 Intellectus.l.boues.§.hoc sermone.

42 Clausula quidam alij, an comprehēdat numerū infinitū.

43 Rescripta fauore ordinarij largius interpretantur.

44 Declaratur iste tex.

45 Actus qui est nullus non præstat impedimentum.

46 Subiecta materia aliud suadente infinitas admittitur.

47 Textus noster non procedit in iudicijs diuisorijs.

48 Variatio prohibetur ne locus sit fraudi, quia ex variatione fraus præsumitur.

49 Citatio debet fieri certa in primo citatorio ne fraudulenter citatus in incerto vagetur.

50 Variatio in personis ecclesiasticis maxime detestanda.

51 Fraudibus obuiandum est.

52 Vbi lex non ꝓhibet possumus semp fraudibus obuiare.

53 Dies quo fit mādatum vtrum computari debeat in actu faciendo.

54 Quando lex facit monitionem de duplo, vel quadruplo, intelligitur computato simplo.

55 In generali sermone persona loquentis comprehēditur.

56 Dies termini an computetur in termino.

57 Conclusio ꝙ clausula & quidam alij non comprehendiitur vltra quatuor.

58 Procurator generaliter recipit potestatem super omnibus personis, & rebus in posterum exprimendis.

locum in secunda columna. C. de colla. in secundo notabili & ante ipsum latius firmat Bal. nouel. in tracta. do. ctium in. ix. parte in decimosexto speciali, & hoc idem cõcludit Baptista de sancto Blasio in tractatu de priuileg. do. in. lxi. priuileg. & ab hac opin. in iudicando & consulendo dicit non esse recedendum Alexand. in. l. secunda §. ꝙ si in patris in secunda columna. ff. solu. matrimo. cum quibus concordat Roma. consil. cccxxx. circa primum in quarta columna versicu. quarto probatur secundum primam impressionem licet ibi pro & contra multa dicat, ex quibus resolui possunt ea quæ supra dicta sunt.

¶ Et ego pro ista opinio. vltra prædicta moueor tali ratione. Nam quotiescunq; alicui conceduntur aliqua priuilegia ratione alicuius effectus consumati dato ꝙ ille effectus postea cesset, nihilominus priuilegia durãt ratione illius primæ causæ a qua semper est verum dicere emanasse priuilegium ita est tex. in. l. finali. ff. vnde libe. & ibi Bartol. & l. in ipsius vbi Bal. C. fac. hær. not. Domini in capitulo licet in secunda colum. versicu. puto supra de electio. per glo. in versicu. canonicis in cap. statutum de rescriptis eodem libro facit. l. finali. ff. de sena. sed in ca

23 su nostro † priuilegia cõcessa sunt doti propter matrimonium. l. i. ff. solut. matrimo. Adeo ꝙ sine illo dos dici non potest. l. iii. ff. de iu. dotũ. ergo dato ꝙ de per se consideretur & eius causa soluto matrimonio agitetur semper dicetur habere reliquias illius spiritualitatis propter quam effectum habuit argumen. tex. in. l. ex facto. ff. de vul. &

24 pu. & l. prima de offi. procon. † & sic debet dici hac ratione esse mixti fori potiusquam mere secularis, quia vbi vnum propter aliud vtrobique tantum vnum. l. alteri. ff. de adi. leg. l. qui libertatis. §. seruus vbi Bartol. ff. de euictio. cum similibus traditis per scriben. in. l. cum seruus. ff. de con. & dem. & notat Abb. post glo. in capitu. latores de cle. excõmunicati. ¶ Vel vt concordentur opi. potest distingui inter dotem perfectitiam & aduentitiam vt primo casu procedat prima opinio, ꝙ sit tractanda coram iudice seculari propter communionem quam in tali dote habet pater propter exercitium actionis cuius forus attendi debet argumen. eorum quæ in notabili casu tradunt Domini de rota deci. clxxviii. incip. emancipatio in

nouis secundo casu procedit opini. communis & pro ista differentia benefacit glo. in l. secunda. §. primo in verbo profectitia & ibi Alexan. declarat. ff. solu. ma.

25 ¶ Not. tertio ibi parte, vel procuratorem &c. † ꝙ in casibus, in quibus quis in iudicio potest esse per se in eisdem potest procuratorem constituere concorda. tex. in cap. ex parte & ibi not. Abb. in prima columna numero. 7. de restitu. spolia. & dicit ibi Petrus de Ancha. ꝙ ad hoc iste tex. est melior de iure cum concor. vt scribit Fely. in cap. intelleximus in tertia colū. qui ad hoc istum tex. allegat supra de iudic.

¶ Et hoc de plano procedit quando persona habilis est, & libere de iure cōmuni agere potest, Secus vero si ex indul-
26 gētia cōcedatur vt agere possit, vt in excōmunicato. † Nā licet esse possit in iudicio se defendendo ca. cum inter. de except. per hoc tamen procuratorem non poterit constituere vt notabiliter declarat Felyn. in cap. post cessionem in sexta columna. versicu. & aduerte de probatio.

¶ Sed breuiter veritas est in contrarium vt tenet Innocē. & Abb. & omnes in dicto. c. intelleximus & idem Inno.
27 in cap. edoceri de rescrip. & hoc idem procedit in † seruo & fratre minore qui procuratores constituere possunt in casibus, in quibus in iudicio esse possunt, vt dicit Bar. in l. seruos. ff. de alimentis & cibariis legat. facit tex. in. l. seruum quoq; in principio. ff. de procuratoribus quē notabilem dicit Roma. in. l. si ex legati causa de verborū obliga. & hoc idem procedit in minore. l. filiusfami. in princi. vbi Bal. ff de procu.

¶ Et ista omnia procedunt in casibus, in quibus quis voluntarie in iudicio esse potest. Secus si de necessitate requi-
28 ritur, vt personaliter agat † prout in causis popularibus l. licet in popularibus. ff. de procuratoribus, quia tali casu procuratorem constituere non poterit, vt ibi dicitur & in l. penultima. §. adde crimen. ff. de pu. iudic. declarando tamē vt per Paulum de Castr. in. l. seruum. §. publice. ff. de procur. vt latius dictum est superius.

29 ¶ Tertio prædicta regula limitatur procedere † eo casu quo quis procuratorio nomine agere pōt, secus si nomine alieno prout est in cōiuncta persona, quę licet pro coniuncta agere possit, tamē non potest constituere procuratorē,

eo quia non agit nomine proprio ita limitat rota, decisio. dclxxvii. incip. nota. ꝙ coniuncta alias est decisio. xxxiiii. in tit. de procura. in antiquis & licet pro ista limitatione nihil alleget. Tamē pro illa deci. est tex. in. l. iii. §. sed & si fortе. ff. iudi. sol. Et illam decisionē sequitur Fely. in. c. cū in ea in. iiii. col. versi. declara dupliciter de sen. & re. iudi. & Decius in. c. intelleximus in. v. colum. de iudic. & ante ipsos Corneus in consil. ccix. in. ix. colum. lib. iiii. & ita limitant istum tex.

¶ Tamen ista limitatio non videtur vera, primo quia non
30 fundatur aliquo iure † & erubescimus cū sine lege loquimur, l. illam. C. de colla. ¶ Nam per subauditiones iura limitari non debent glo. in. c. cupientes. §. ꝙ si per. xx. supra de electio. & in casu isto non videtur ratio aliqua ꝙ coniuncta persona in casibus sibi permissis a iure procuratorem constituere nō possit sicut seruus & excommunicatus, vt
31 supra dictum est. & ad hoc benefacit † quia vbi quis in iudicio potest comparere sine mandato cū cautione de rato potest cōstituere procuratorē ex quo prestita cautione efficitur dominus lit. Bar. in. l. Titius per illum tex. ff. de procur. Sed coniuncta persona admittitur cū cautione & sine mandato Alex. in. l. exigendi. C. de procura. sed & hoc & l. non solum vbi Pau. de Cast. ff. de procu. ergo poterit procuratorem constituere. Non obst. tex. in. d. l. quia ille tex. loquitur quo ad commissionem stipulationis iudicatum solui & casum nostrum non attingit vt patet ex tex.

¶ Et ideo pro vera intelligentia istius limitationis distin-
32 gue tres casus, † primus est quando admittitur aliquis pro alio in casibus, in quibus lis non contestatur & tunc in illis casibus procuratorem constituere non potest casus est singularis in. l. minorum secundum Bal. ibi. C. de prae diis minor. iuncta. l. neque tutores in fi. C. de procu. quem ad hoc Roma. multum cōmendat in consil. ccxli. spectabilis in quinta colum. versicu. vltimo aduertendum secundum primam impresionē & illum intellectum ad dictam l. minorum pro singulari commendat Ias. licet de Roma. non meminerit in. l. cum quis in princi. C. de procu. & in l. secunda in fi. ff. de officio eius cui mādа. est iurisdi. declarando tamen secundum quod dicit Bartol. in. l. nulla. C. de procura.

¶ Secundus casus est in causis profanis siue temporali-
33 bus & ista est regula cōmunis, † ꝙ nullus potest substitue
re alium loco sui nisi post litem contestatam ita con-
cludit Bar. in l. exigendi in .ii. lectu. circa fi. versi. item
quero nunquid coniuncta. C. de procu. & ibi hoc tenet
Cy. in. viii. q & hoc tenet Car. in cle. i. in. vi. q. de procu.
¶ Tertius casus est in spiritualibus vt hic & circa hoc
est maius dubium loquendo in coniuncta persona nam
Domini de Rota in decisio. cxlii. incip. in causa benefi-
34 ciali in titulo de procura. in nouis tenent, † ꝙ coniuncta
persona in spiritualibus & beneficialibus non admitti-
tur pro coniūcta etiam cum cautione de rato nisi habeat
mandatum vt quilibet extraneus & ideo procuratorem
constituere non poterit mouentur per tex. hic in fi. vbi
in istis spiritualibus proximitas & coniunctio nihil ope-
ratur & hoc idem tenet Specul. in titulo de coniunc. per
sona. versi. quid si est causa spiritualis quod est verum
nisi ad defendendum absentem citatum per edictum ne
priuetur beneficio vt dicit Rota in decisio. ccccxx. incip.
si committatur. §. fi. in nouis sed dicas ꝙ tunc non admit
titur vt procurator, sed vt defensor & administrator
quo casu bene potest coniunctus admitti etiam in benefi
cialibus vt concludit Bal. in addi. ad Specul. in titulo
de procu. §. ratione quoque versi. quid si canō. in vii.
col. ver. si pater. Et per istam rationem fuit alias coram
me in vna Caiacen. simplicis beneficij de anno præsen-
ti .1533. mense ianuario in Rota conclusum ꝙ pater pos
set prestare consensum filio .xiii. anno. cōstituen. pro-
curatorem patrium suum ad defendendum in causa be
neficiali. Nam licet iste tex. requirat isto casu consensu
episcopi vel vicarij. Tamen secundum Archi. hic ille
consensus posset etiam per curatorem minoris præstari
eadem ratione voluit Rota ꝙ pater præstare posset cum
per hoc pater non dicitur administrare ex quo ille con-
sensus præstatur constitutioni procuratoris ne minor de
cipiatur sed ista ratio magis tangit patrem cuius magis
interest q̄ curatoris cum soleant parentes capere consi-
lium & esse solicitos pro filijs vt dicitur in .l. nec in ca. ff.
de adul'te. & .l. iste quidem. ff. ꝙ me. cau. igitur ea ratio-
ne qua curator præstare consensum potest eodem mo-

do & pater maxime quia in causa illa fuerat constitutus ab ipso minore procurator patruus eius & sic videbatur oĩs fraus abesse & ita ex votis dñorũ ego iudicaui licet postea noui auditores intendo rigori contrarium te-nuerunt.

¶ Tamen circa istum tertium casum est aduertendum quia non videtur verum ꝙ in istis causis spiritualibus cõiunctus non possit admitti pro coniuncto sicut in alijs
15 casibus admittuntur. Nam contra hoc videtur esse casus in .c. accedens de procura. in fi. † vbi pater pro filia tanq̃ coniunctus admittitur in causa matrimoniali & constituit procuratorem & sic ibi est casus pro regula istius tex. ꝙ vbi quis pro se in iudicio esse potest poterit etiam procuratorem constituere Decius ad istum tex. respondet in .d.c. intelleximus in .v. col. & ante ipsum fuit respõsio Ias. in dicta lege cum quis quod ibi sit speciale in patre agente pro filia vt possit procuratorem cõstituere secus tamen est in alijs coniunctis.

¶ Sed ista solutio non satisfacit quia illud ꝙ pater pro filia admittatur non est inductum in fauorem patris, sed filiæ & attenta illa ratione quilibet coniunctus deberet admitti pro filia, vbi de vtilitate eius agitur & quia tex. in dicto capitulo accedens non se fundat in aliqua specialitate nos ergo eam inducere non debemus iuxta glosam in lege filium, C. fam. her. ¶ Præterea pro hoc facit
36 † quia vbi vtilitas filiæ consideratur a lege non fit differentia inter patrem & alios coniunctos vt tenet Roma. in lege pactum quod dotali. C. de colla. quem ibi Corneus sequitur & Ias. col. penul. versi. extra glo. vt late dico in .§. omnium numero .27. insti. de actio. & per hoc facit tex. hic. ¶ Et ideo aliter ad illum tex. potest respondere videlicet ꝙ illa decisio Rotæ quo ad primum casum non est vera, quia in materia spirituali coniunctus pro coniuncto de illo iure bene admittitur sine mãdato cum cautione vt est glosa notabilis in .c. cum pridem in glosa .i. extra de pact. quam pro singulari commendat Roma. notabili .dcxiij. incip. tu audisti & hanc opi. expresse firmat Rota vbi dicit ita fuisse decisum in decisio .ccclxxv. incip. fuit dubitatum in titulo de procu. in nouis mouetur pluribus rationibus quas refert

& sequitur Fely.in .c. coram in.ii. col. de offi. deleg.

37 ¶ Est bene verum, † ꝙ in causa matrimonij est speciale, vt coniunctus pro coniuncto non admittatur, sine mandato vt est glosa in.c. qui ad agendum in glo. penul.§. de procu.& glo.in.c.fi. eo. ti. & li. nisi fuerit pater pro filia & ita procedit tex. in dicto .c. accedens secundum glo.in.d.c.qui ad agendum & in.d.c.fi.in verbo contrahendum & tali casu pater, qui admittitur pro filia non potest dare procuratorem loco sui, nisi speciali licentia papæ, vel partis, vt probatur in .d.c. accedens neq; est verum, quod dicebat Ias.& Decius ꝙ ibi erat in hoc speciale in patre quia dico ꝙ in hoc nulla est specialitas im

38 mo summus in regula .§. dicta, † videlicet ꝙ illa qui admittitur nomine alieno non possit alium procuratorem facere & specialitas quę in d.c. accedens inducitur non est circa constitutionem procuratoris sed ꝙ pater admittatur ad agendum sine mandato speciali in causa matrimonij vt ibi innuit glo. circa fi. cum regula sit in contrarium, vt supra dixi alias duo specialia inducerentur in d.c. accedens contra tex.in.l.i.C. de dot. promis. quod tamen secundum communem regulam est absurdum ergo sequitur ꝙ Decius & Ias.non bene dicunt concludas ergo cum limitatione prædicta ꝙ ille qui admittitur nomine alieno non potest procuratorem constituere, etiam si pater fuerit, ex quo infertur ꝙ tex.in.d.c. accedens tantum inducit vnum speciale, videlicet, vt pater pro filia possit agere in causa matrimoniali sine speciali mandato respectu vero constitutionis procuratoris per ipsum nullum est speciale in patre & sic limitatio ad illum tex. manet firma.

¶ Glo.i.concludit vnum ꝙ dispositio istius tex. loquens de maiori .xiiij. annorum procedit in fœmina maiore xij. annorum & cum ista glo. omnes transeunt adde Archi.in.c.certis col. fi.xv.q.iii. vbi dicit post Bonagui .ita seruari in Ro. Curia & ratio istius quæstionis videtur,

39 † quia vbi ius non disponit expresse non debet fieri differentia inter masculum & fœminam lege maximum vitium .C. de libe. præ. & istam rationem adducit Pet. de Ancha. in consilio.cxx. pro clariori & hoc de plano pro

40 cedit in dispositione legali & materia indifferēti in † qua

etiam si lex tantum de masculo loqueretur comprehen deret fœminam vt.l.i.§.i.ff.de consti.pec.&.l.iii.inprin. ff. de neg. gest. tradit Angel. in consil.cclxxxix. viso te stamento dum alleg. Io. Andre. in .c. fi.supra de elect. eodem li. cum concor. vt Moderni scribunt in.l. si quis id quod .ff. de iu .o. iudi. & Decius in.l.ii. in .xvij. col. numero .108.ff. de re.iur.

❡Sed aduertendum est ꝙ .§. dicta non videntur cōue nire isti tex. qui simplr̃ & indeterminate loqt̃ & requirit ætatem completam.xiiij. anno. vnde ex quo generalitas tex. pariter ad fœminam, sicut ad masculum adaptatur non videtur ꝙ in fœmina minor ætas requiratur .xiiij. anno. quā ætatem text. non taxatiue videtur & speciali ter in masculo requirere, Sed generaliter in quocunq; agente, & aliter verba textus non conuenirent, dum di sponit illam ætatem .xiiij.anno. æquipollere ætati .xxv. quæ ratio non militat in ætate .xij.anno. quæ longe re motior videtur & discretione caret, Nam licet in ea æta te mulier apta viro reperiatur, vt loquuntur iura allega ta in glo. non tamen propter hoc idonea dicitur ad agen dum & defendendum causas spirituales, de quibus hic, nisi ad illam ætatem .xiiij.annorum venerit, & propter ea dicendum est istum tex. velle illam ætatem .xiiij. an norum in quolibet agente vel defendente causas spi rituales requiri. Immo potest attentari vnum, ꝙ dispo sitio illius tex. in principio non habeat locum in fœmi na, non solum respectu ætatis quam requirit tex. sed ra tione disparitatis sexus quia fœmina ad agendum & de fendendum in iudicio pro se idonea non videtur pro pter rationem, quam ponit tex. in .c.ij.§. eo. & quæ ibi diximus, quæ ratio cessat in masculo tamen posset dici ꝙ fœmina in casibus, de quibus hic bene admittatur, ad agendum, & defendendum in ætate .xij. anno. dum ta men per procuratorem agat vt in secunda parte istius tex. & ita procedit tex.in.c.ex parte de rest. spol. & tex. in.c.accedens de procurato.& facit tex.in.l. neq;.C. eo. nec contrarium iure probatur sed si ætatem .xiiij.anno. compleuerit, procedat, quod hic dicitur. Si tamen in causa beneficiali loquimur primum dictum mihi magis placet cum materia non sit conueniens fœminis.

❡Glo.

¶Glo. ac si maior. breuis est, & vno verborum cõstructu clauditur ex qua vna conclusio colligitur videlicet ꝙ maior. xiiii. annorum potest causas spirituales per se tractare sine curatore, ac si esset in ætate completa. xxv. annorũ Domi. hic opponit contra hoc impertinente, & se inuoluit circa assignandam rationem, quare minor. xxv. annorum beneficium regere possit de quo per eum. ¶Tu dicas ꝙ omnes istæ rationes, & argumenta Domi. tendunt contra minorem. xiiii. annorũ, sed in maiore de quo tex. hic & glos.
41 loquuntur nõ procedunt † quia maiores. xiiii. annorum beneficia habere possunt, vt not. in. c. super inordinata de præben. quia talis ætas discreta reputatur, & cessant rationes Domi. videlicet ꝙ se ipsum regere nõ possit, quod pa-
42 tet. † Nam ius ciuile in tali ætate puberem a tutela liberat vt insti. de cura. in prin. non alia ratione nisi quia hæc ætas ad regimen sui ipsius reputatur habilis.

¶Glo. debebis ponit quatuor antiquorum opin. quæ hodie per istam decretalem resoluuntur, & ideo non erit insistendum circa vnum tamen dictum glo. hic est aduertendum inquantum dicit ꝙ de iure canonico materia tutelarum non est necessaria, & ideo compilatores huius voluminis de illis non tractarunt, & cum isto dicto glo. cõmuniter alii docto. transeunt, & eam ad hoc ponderat & sequitur Præpo. in. c. quo iure in tertia columna, octaua distinctione.

¶Sed considerandum est diligenter, quia istud dictũ glo.
43 non videtur verum ex eo † quia canones per maxime necessarias pupillorum tutelas existimarunt, & ita facit in generali consilio constitutum, vt patet in cap. fi. lxxxvi. distinctione, & alibi sæpe, vt ibi not. & hoc experientia ipsa patet cum pupilli commodius ex hoc rerum suarum & personæ conseruationem consequantur. Neq; obstat ꝙ compillatores decretalium titulum de tutelis non posuerunt, quia propterea factũ fuisse arbitramur quia in libris Digestorum & Codicis latius de illis fuit tractatũ ad quos titulos per compilatores nostros nihil occurrerat addendum, & ideo fuit omissum per hoc tamen non excludimur quo minus de iure canonico illis legibus ciuilibus, & tutelis
44 vtamur † quia vbi aliquid non reperitur dispositum de iure canonico, si tamen illud reperiatur de iure ciuili consti-

tutum standum est iuri ciuili etiam in foro canonico, vt est doctrina in terminis nostris Bal. in consilio. ccxliii. in quæstione ista lib. primo sequitur Decius in cap. ecclesia columna. xii. de constitu. & est regula communiter tradita in cap. primo de ope. no. nun. & tenet Domi. per glo. in cap. pia. §. siquis in tertia colum. infra de excep. & quia canones tutelam non improbant; sed videntur sine controuersia approbare vt in cap. ex parte de appellatio. & in ca. ex tenore qui fil. sint legit. & in. c. puella. xx. quæstione secunda, & in dicto capitu. fina. & in pluribus aliis locis non parum multis, & ista videtur esse ratio fundamẽtalis, quare ius canonicum de tutelis non tractauit. ¶ Est bene verum, ꝙ quantum ad effectum causarum spiritualium, de quibus in tex. dicitur maior. xiiii. annorum sine curatore experitur vt concludit Archi. post aliqualem disputationem in cap. certis colum. fina. xv. quæstione tertia. & ista procedunt in iudicialibus in extraiudicialibus vero est maius dubium. Domi. tamen hic dicit idem esse cuius opi. suaderi potest, ex regula quæ ponitur in. l. nec mirum. ff. de pigno. actio. † quod valet argumẽtum de iudicialibus ad extraiudicialia, & probatur in. l. omnem. ff. de iudic. per quem tex. ita arguit Areti. in. l. eum qui in princi. in penul. col. ff. de acqui. hær. & dixi supra in capitulo primo, & insti. de actio. in princi. Tamen omnia ista declarantur procedere, quando in vtroq; casu est eadem ratio, alias autem argumentum non procederet vt notabiliter dicit Bar. in. l. tertia. §. idem scribit in fi. ff. de pecul. & ita dictum Domi. declarari potest.

45 (margin, beside "de pigno. actio. †")

1 Dictio si vero est aduersatiua præcedentium.
2 Dictio infra denotat actũ immediate sequẽtem terminũ, cui adiungitur, & actum multo tempore distantem.
3 Dictio ante potest significare actum immediate sequentẽ. & distantem.
4 Dictio post actũ mediatũ, & immediatum significat.
5 Dictũ testis ambiguũ, & qđ põt diuersimode capi reiicit.
6 Probatio debet de necessitate concludere.
7 Dictio infra de sua propria natura actum significat ex interuallo distantem a principio omissis mediis.
8 Natura dictiõis & cętera est supiora, & iferiora cõphẽder.

9 Minor.xiiii.annis licet posſit habere titulum beneficii, nõ tamen poteſt agere, vel defendere per ſe in iudicio.
10 Papa diſpẽſando cũ minore quo ad beneficiũ nõ intelligit p hoc ſecũ diſpẽſare quo ad liberã adminiſtrationẽ eius.
11 Minor.xiiii.annis comparens in iudicio ſi cõfitetur nõ valet eius confeſsio.
12 Denunciatio ad illũ finem tendit, vt quis cõſequatur ſuũ.
13 Denũciatio eſt triplex. Euangelica, canonica, & iudicialis.
14 Denunciatio iudicialis eſt duplex publica, & priuata.
15 Cleric⁹ tabellio, officiũ exercere nõ põt tñ ſi exerceat valet.
16 Multa prohibẽtur fieri, quæ poſt facta tenent.
Teſtis inimicus eſſe nõ poteſt, tamen ſi fuerit admiſſus, & non fuit oppoſitum valet.
17 Iudex debet proferre ſententiam ſedendo, tamẽ ſi eſt bene informatus, & proferat ſtando, valebit.
18 Filię ĩgratę dos dari nõ debet, tñ ſi dat̃ nõ poteſt reuocari.
19 Verba nõ poteris ĩducũt formã, & annullãt actũ ĩpo iure.
20 Forma vbi nõ obſeruatur, actus eſt ipſo iure nullus.
21 Non poteris futuri temporis eſt maioris prohibitionis, q̃ non poteſt præſentis.
22 Lex ſtatim ꝙ negatiue aliqd ꝓhibet, nõ cẽſetur annullare actũ in cõtrariũ factũ, niſi procedat vlterius annullãdo.
23 Iudicium acceptũ a minore.xiiii.annorũ tendit in præiudicium ſuum, aut incõmodum.
24 Eccleſia, vel minor licet non poſsint vendere rẽ immobilem niſi ſeruata ſolẽnitate a iure, tamẽ vẽditio vbi eſſet facta in vtilitatem eorum bene valet.
25 Stante ſtatuto ꝙ contractus mulierũ nõ valeant ſine conſenſu propinquorum, intelligitur de contractibus damnoſis non autem vtilibus.
26 Minor hñs bñficiũ in eccleſia ratiõe cõſuetudinis ibi vigẽtis an poſſit adminiſtrare, & habere vocẽ in capitulo.
27 Minor diſpenſatus ad beneficium cenſetur diſpẽſatus ad reſidentiam, & alia conſecutiua.
28 Princeps concedens minori magiſtratum in dubio videtur tribuere ei adminiſtrationem.
29 Iudex cõpetens ad dandum curatorẽ in litem qui dicatur.
30 Nõ illico ꝙ aliquis de principali cognoſcere poteſt, datur facultas ſuper acceſſoriis.
Sine acceſſoriis iuriſdictio eſſet inanis.

31 Curator minori an possit dari per officialem episcopi.
Officialis principalis episcopi vnum, & idem consistoriũ facit cum eo.
32 Dispositio loquens de officiali habet locum nõ solum in principali, sed etiam in foraneo.
33 Verbũ excõmunicatio tã de maiori, q̃ minori intelligitur.
34 Verba generaliter prolata generaliter intelligantur.
35 Lex nisi distinguit, nec nos distinguere debemus.
36 Facultas dandi curatorem ad litem non causatur ex eodẽ consistorio, sed ex iurisdictione.
37 Officialis foraneus censetur datus ad vniuersitatem causarum, & sic æquiparatur ordinario.
38 Verbum officialis est nomen generale ad omnes habẽtes officium cum iurisdictione.
39 Lex generaliter loquens potest restringi a lege, secus ab homine.

1 Si uero. ¶In tex. ibi si vero † ista dictio aduersatiua est præcedentium vt dicit Bart. in. l. si vero ff. qui satis cog. cum concor. vt Decius scribit in cap. at si clerici. §. de adulteriis in principio de iudic. & in consilio ccciii. in casu occurrenti in secunda columna in secunda parte.

¶Tamen aduertendum est ꝙ istud generaliter non est verum sed procedit tantum, quando dictio si vero ponitur de per se separata a dispositione, & ita procedit iste tex. Secus vero vbi talis dictio ponitur in eadem oratione cõiuncta, quia tali casu inducit potius coniunctionem, & repetit præcedentia cum eisdem qualitatibus; ita est doctrina Bar. in. l. lucius. §. qui habebat. ff. ad trebel. & hoc est quod dicit Bal. in. l. omnes populi in octaua columna versi. iii. modo. ff. de iusti. & iur. & in notabili casu tradit Corneus in consil. ccxlviii. in præsenti consultatione in quarta columna in secundo volumine. ¶Ad vnum tamen aduerte ꝙ quanuis dictio si vero in isto tex. aduersatiue ponatur, nihilominus hoc intelligendum est, ratione qualitatis non materiæ iuris quæ eadem in isto. §. repetitur retento eodem casu pro quo facit optime glo. & Bar. in. l. mariti in fi. ff. de adulte. & not. Saly. in. l. vinum. ff. si cer. pet.

¶In tex. ibi infra est notandum secundum Gemi. hic quẽ
2 alii sequũtur † ꝙ ista dictio denotat actum immediate se-

quentem terminum cui adiungitur & actum multo tem-
pore distantem quod dicit esse notandum pro concordan
dis testibus. Nam si vnus diceret actum factũ infra domũ
& alter diceret in camera domus isti testes essent concor-
des, & probarẽt de loco ratione istius dictionis infra. adde
pro ista opi. quæ dicit idem Domi. in. c. i. §. licet per illum
tex. supra de procu. isto lib. vbi in simili dicit idem esse in
3 ista dictione † ante quæ potest significare actũ immediate
sequentem & distantem, & ibi pariformiter infert ad dicta
testium prout hic quod dictum sequitur Alex. cum cõcor.
ibi per eum adductis in. l. diuortio in. iii. col. & in. l. insulã
§. fructus col. i. ff. solu. matr. & hoc idem dicitur de ista di-
4 ctione † post quæ actũ mediatum & immediatum signifi-
cat vt idem Domi. dicit in. c. i. supra de consti. eo. li. vbi per
hoc etiam infert ad dicta testium vt valeant, & ita cum ista
opi. transeunt posteriores vbiq;.

¶ Sed diligenter aduertendum est, quia ista opi. mihi non
5 satisfacit ex eo † quia quãdo vnum verbum est ambiguũ
& potest diuersimode capi dictũ testis per tale verbũ non
valet, sed debet reiici, ita cõcludit Bar. in. l. inter stipulatio-
nem. §. i. circa fi. versi. & ista lex. ff. de verb. oblig. quem se-
quitur Alex. in. l. diuortio in tertia colum. numero. 14. ff.
solu. matrimo. & tenet Abb. licet de Bar. mentionem non
faciat in. c. in præsentia in penul. notabili de probat. cũ con
cor. vt dixi. in. c. i. supra de constitu. eo. li. sed in casu nostro
hæc dictio infra est dubia, quia potest singulare actũ me-
diatum & immediatum, vt hic dicit Gemi. & omnes ergo
6 dictum testis per talem dictionẽ nõ valet † quia probatio
debet de necessitate concludere. l. non hoc, cum concor.
traditis ibi per moder. C. vnde legit.

7 ¶ Et ideo ego aliter super hoc dicerem † q; dictio infra de
sua propria natura significat actum ex interuallo distantẽ
a principio omissis mediis vt dicit Bar. in. l. Gallus. §. idẽ
credendum in fi. ff. de libe. & post. hic vbi per hoc dicit q;
8 ista dictio infra in hoc differt a dictione † & cætera de cu-
ius natura est superiora & inferiora cõprehendere, & ideo
infert q; in lib. decretaliũ ea ratione ponitur dictio & infra
quia multa intermedia fuerunt resecata quæ non faciebãt
ad rem, & hoc dictum Bart. quod ibi multũ commendat
Fulgo. & Alex. sequitur Io. de Ana. in. c. super eo in prin.

de vsur. & Abb. licet de Bar. mentionẽ non faciat in. c. dudum el secundo in. ii. notabili de electio. ¶ Sed tamen licet prædicti doct. nõ dicãt circa hoc quod de decretalibus dicũt prædicti doc. aliter dicit Ioan. And. in. c. a nobis de iu. pat. quem refert & sequitur Decius in. c. secundo in secunda lectura in primis verbis de constit. & in. c. i. in prin. de postula. prælа. vbi etiam aliam rationem ponit de principio antiquarum decretalium, de quo vide ibi, redeundo tamẽ propositum dico ꝙ ista dictio infra importat actum mediatum proprie, & hoc est quod vult dicere Abb. in ca. primo de cle. con. & in. c. ex parte de resti. spolia. & sic non potest significare partem superiorẽ, vt putat Domi. in exẽplo testium, de quo per eum. Nam contra ipsum videtur esse notabilis decisio Bar. in trac. de insula. c. xvi. incip. ꝙ si ex vno latere vbi concludit, ꝙ ista dictio infra significat extremam partem, siue inferiorem rei, & ideo si dico delictũ esse factum infra domũ nõ verificabitur in camera, prout putat Gemi. quia non dicitur infra, sed supra & ita illud dictum Bar. sequitur Socin. in consil. xxvii. visis capitulis in penul. col. li. ii. quod consilium errore repetitum est in eo. lib. consil. clxxxi. & de hoc vltra iura alia allegata per Bar. videtur esse casus in. l. adeo. §. insula versi. ꝙ si ex vno latere. ff. de acqui. re. do. facit tex. in cap. primo & cap. ex tuarum de auctori. & vsu. pal. ¶ Et de ista dictione infra, vltra prædicta est tenendum menti vnum dictum Bar. in. l. prima. §. cum vrbem in fi. ff. de offi. præfec. vrb. de quo mentionem faciunt nouissi. in. l. fi. ff. de constitu. princi. vbi dicit Bart. ꝙ licet regulariter dictio infra excludat, tamen si ponitur in concessionibus & beneficiis includet omnia, quod not. pro quo benefacit, quod not. Bal. in capitu. primo. §. si quis de manso. in titulo de controuer. inuesti. & in ca. fi. in tit. de duobus fratri. de nouo feudo. inuesti.

9 ¶ Nota primo ex isto tex. † ꝙ minor. xiiii. annis nõ potest agere vel defẽdere per se in iudicio & tamẽ possunt habere titulũ beneficii vt tex. hic innuit, & ita tenet Gemi. & moder. hic qui in hoc dicũt istum tex. menti tenendũ subdunt tamẽ vnũ plus ex mente Lapi alleg. cxii. quę in li. meo est cxxiii. incip. quidã exposuit &c. quod adeo prædicta sunt vera ꝙ iudiciũ factũ cum tali minore esset ipso iure nullũ,

10 & ista ratione dicunt etiam hic moder. † ꝙ papa dispẽsan-

do cum minore, quo ad beneficium non intelligitur per hoc secum dispensare quo ad liberam eius administratio, nem vt colligitur hic dum dicitur ꝙ indiget curatore. Ista sunt dicta moder. hic per Geminia.

¶ Ex quorum dicti tres cōclusiones colligūtur, super qui bus insistendum erit. prima est ꝙ minor. xiiii. anno. non potest per se esse in iudicio licet beneficium habere possit pro ista conclusione quo ad dictum primū vltra alios est notabilis doctri. Abb. in cap. fi. in secunda colum. extra de
11 confess. vbi plus subdit † ꝙ si comparet minor. xiiii. an, no. & confitetur non valebit eius confessio & istam etiam conclusionem sequitur Domi. in cap. ex eo. in princi. co, lumna penultima de electi. lib. vi. & ista conclusio ge, neraliter procedit non solum in causis spiritualibus, sed etiam temporalibus, vt in. l. clarum. C. de auctoritate præstan.

¶ Sed tamen aduertendum est, ꝙ ista conclusio videtur dubitabilis, ex eo quia minor. xiiii. anno. ad denuncian, dum admittitur, vt est singulare dictum Innocentii in ca, pitu. finali, qui mat. accu. poss. quem ibi docto. communi, ter sequuntur ergo pari ratione videtur dicendum, ꝙ ad
12 agendum admitti debeat † cum denunciatio ad illum fi, nem tendat, vt quis consequatur intentum suum vt dicit Bal. in auct. ad hæc in secunda columna versic. in contra, rium. C. de vsur. & ita intelligit tex. in capitu. si peccauerit secunda quæstione prima, & ideo per talem denuntiatio, nem interesse consequi possunt, vt ibi dicit Bal. in versic. sed dubitatur & ibi per duas colum. latius diuagatur circa istam denuntiationem euangelicam, & ista denuntiatio, tam in iudicio quam extra fieri potest, vt concludit Inno, cen. in capitulo solicitudinem in secunda col. de appella, tion. sequitur Bal. in margarita in versiculo denuntiatio & est textus in capitulo nouit de iudic. & talis denuncia, tio probari debet sicut actio, vt dicit Corneus consilio cxxxvii. placet mihi in fi. secundo volum. sicut ergo mi, nor ad denunciandum admittitur pariter debet ad agen, dum admitti & ideo vt resolutio clara habeatur in hac ma
13 teria est aduertendum ꝙ † denunciatio est triplex quæ, dam est euangelica alia canonica, alia iudicialis vt tradit Speculator in titulo de denuntia. §. secundo euāgelica fit

ad emendationem quæ competit cuilibet Christiano de præcepto, vt est tex. in cap. cum ex iniuncto. §. fi. de hære. canonica fit ad pœnitentiam peragēdam quam iudex ad effectū perducit etiam denunciatore non prosequente, vt communiter docto. tradunt in. c. nouit de iudic. post Bar. in extrauagan. ad reprimendam in verb. denuntiationem
14 †iudicialis est duplex publica, & priuata vt late declarat Saly. in. l. ea quidem. C. de accusationibus & Areti. in tracta. malefic. in versi. nec non ad denuntiationem cum concor. vt late dicunt moder. post Abb. in dicto cap. nouit & stante ista diuisione dictum Innocen. in dicto. c. fi. cum superius allegatis proceditur in denuntiatione euāgelica, quia illa bene fieri potest etiam a minore per hoc tamen non sequitur, quod eadem ratione minor ad agendum in iudicio admittitur, quia denuntiatio euangelica de qua loquitur Innocen. in dicto capitulo finali non fit in iudicio sed extra. Neque obst. ꝙ etiam in iudicio fieri posit per dictum Innocen. in dicto capitu. solicitudinem cum allegatis superius, quia illud dictum intelligitur de denuntiatione iudiciali vel canonica, quæ multū differunt ab euāgelica per supradicta, & tradit plures differētias Abb. in. d. c. nouit, & ideo de vna nō inferē ad aliā, vt ibi cōcludūt cōmuniter omnes, & in tali denūtiatione iudiciali probatio requiritur, quia agitur in ea, vt correctus non solum emēdetur, sed vt læsus cōseruetur indēnis, vt ibi probat Abb. ¶ Et ideo ego tenerem, & puto esse verum ꝙ minor. xiiii. anno. non posset talem denūtiationem iudicialem facere. Nam de euangelica de qua Inno. loquitur in dicto. c. fina. adhuc est dubium & docto. ibi reputant illud dictum Innocen. mirabile & singulare, & ita declarari debent dicta Bal. in. d. auct. ad hæc, quibus sic resolutis conclusio supra dicta remaneat firma.

¶ Secunda fit conclusio ꝙ iudiciū factum cū minore. xiiii. anno. sit nullum ipso iure per dictum Lapi. faciunt ea quæ tradit Bal. in. l. clarum. C. de auct. præstan. & quæ not. Abb. in. c. fi. in secunda colum. de confess. vbi concludit ꝙ neq; etiam valet confessio, & finaliter cum ista conclusione docto. omnes transeunt.

¶ Sed tu aduerte, quia contrariū suaderi potest per ea quæ in simili tradit Abb. & alii in. c. sicut ne cle. vel monac. vbi

15 dicitur † ꝙ clericus tabellionatus officium exercere non potest & tamen si exerceat valet, quod facit vt ibi dicunt omnes idem dicendum est de minore, qui licet prohibeatur per se agere in iudicio, tamen si egerit valet, & de hoc etiã in simili videmus de religioso, & de milite in. l. interdũ C. de procura. qui licet prohibeantur esse in iudicio tamẽ si actum faciant valet actus, vt declarat Roma. in consilio cccclx, quo ad primũ in secundo dubio & Federi. de sen. in consil. ccxliii. & Decius in. c. ii. in. viii. colum. extra eo. &
16 finaliter hoc reducitur ad illam regulã † ꝙ multa prohibẽtur fieri, quę post facta tenent, vt in notabili casu tradit Cy. in auct. si testes. q. si. C. de testi. vbi dicit ꝙ licet testis inimicus esse non possit, tamen si fuerit admissus & non fuit oppositũ valet, vt tradũt moder. in. l. i. C. de testa. ad idẽ facit glo. in. c. i. in verbo criminalis supra eo, & ibi dictũ fuit cũ concor. vt per Ias. in. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iu. vbi pro ista regula. xx. decisiones congerit & vltra ipsum pro ista regula, quæ facit ad oppositũ istius conclusionis adde aliquas decisiões. ¶ In primis decisio Cy. in
17 l. iudices. C. de iudici. vbi dicit, ꝙ licet † iudex debeat proferre sententiam sedendo, tamen si est bene informatus, & proferat stando valebit, quia multa prohibẽtur fieri &c. & hoc dictum sequitur Georg. Natan. in repeti. clem. sæpe. §. & quia in. xxix. col. de verbo. signi. ¶ Secũdo pro ista regula facit quod tradit Gerardus in singularibus suis no
18 tabili. i. in. ii. col. vbi dicit post Bal. quẽ ibi refert † ꝙ licet filiæ ingratę dos dari non debeat tamen si datur reuocari nõ potest & ibi ad alia infert, quẽ vide ad idẽ pro ista regula faciunt ea quę tradit Ias. in. l. i. in princi. in secũda colum. ff. de ope. no. nun. & breuiter pro ista regula vltra communia & vulgaria remissiue istas decisiones capias in primis vide Iason. in. l. furiosum col. i. C. qui testa. fa. poss. & in. l. nõ solũ. §. morte in tertio notabili. ff. de ope. no. & in. xix. col. & in. l. secunda in prin. col. xi. ff. solut. matri. & in apostil. ad Porcum in. §. suspectus institu. de supe. tuto. & in l. prima numero. 45. de acqui. posses. & numero. 48. & in. l. non dubium numero. 8. C. de legi. Crotus in rep. l. si constante in. lvi. colum. ff. solu. matrimo. Riminal. in. l. i. in sexta columna. C. de pact. Decius in rubrica de appella. in quinta colum. & Moderni Bononien. in. l. iii. in tertia

columna.ff.de offi.eius cum similibus quæ propter breuitatem extendere omitto,ex quibus ista pars satis suadetur ꝙ licet minor agere non possit,tamen si agat & non opponatur iudicium valebit & ita in terminis istam opinionem tenet Oldra.in consil. cxxx. omissa prolixitate facti in tertia columna.Non obst.dictum Lapi in dicta allega.cxxiii. quia illud dictum habet locum quando proceditur cõtra absentem contumacem,quia tali casu contra minorem iudicium non valet,sed in casu nostro est longe diuersa ratio,quia quæstio hic est quando minor esset præsens & cõpareret in iudicio,in quo prohibetur per se agere, & in istis terminis Lapus non loquitur.

¶Tamen istis non obstan.prima opin.quæ videtur communis defendi potest,& in primis pro ista opinio. ponde-
19 ro nouiter tex.hic in versi. non poteris.† Nam clarum est ꝙ ista verba inducunt formam,& annullãt actum,ipso iure ita dicit Bar.in.l.Gallus in princi.in prima colum.ff.de lib.& post.& melius in.l.si.in secunda colum.ff.de feriis & in.l.i.C.de dilatio.& pro hoc est tex.in.l.prima in prin.& ibi nota.Ias.& Moder.ff.de verbo.oblig.& in capitulo pri-
20 mo de regu.iur.infra eodẽ lib.sed vbi forma non obseruatur,actus est ipso iure nullus.c.si cui non sacerdotali infra de præben.&.l.cum hi.ff.de trãsact. cum igitur minor hic prohibetur esse in iudicio,& sic datur forma prohibitiua. actus in contrarium factus est nullus,vt est tex. notabilis in.c.si capitulo infra de concess.præben. & istud a fortiori procedit in casu isto,vbi tex.vtitur verbo futuri temporis,
21 videlicet non poteris † quod est maioris prohibitionis q̃ dictio non potest vt est doctri. Bar. in.l.cum lex.in penultima colum.ff.de fideiusso. cum concor.vt per Andre.Sicul. in cap. scisitatus in tertia columna de rescrip.& latius Felyn.in cap.quanto in prima columna de præsup.¶Sed tenendo præcedentem opinionem ad istud nouum motiuum potest sic de responderi ꝙ nõ est verum ꝙ verbum non potest annullat actum per simplicem prohibitionem nisi lex vlterius procedat annullando,& ita debent prædicta verba intelligi hoc probatur per tex. in. l.hoc iure.§. non potest.ff.de dona. vbi tex. loquitur per verbum non potest, & tamen actus non annullatur ad idem tex. & ibi glo. in.c. quanto de consuetu.& in.l.non potest. ff.de ado

ptio. & ita tenet Roma. in.l.stipulatio ista.§.alteri per illum tex.ff.de verbo.obliga.& per tex.in.l.obligari in princi.ff.de auctori.tuto.iuncta.l.prima.ff.de noua. cum simi-
22 libus,& hoc ratione fundatur vltra ipsum † quia non statim quod lex negatiue aliquid prohibet censetur annullare actum in contrarium factum nisi procedat vlterius annullando, vt est decisio Pauli de Castro post Bal. in.l.humanum in fi.C.de legibus & tenet Bar. in.l.omnes populi in septima columna versi. circa secundum ibi quid dicemus.ff.de iust.& iur.declarando singulariter, vt per Decium qui hoc latius attingit in consilio. ccxxix. alias.xxix. incip. stante constitutione in secunda columna in secūda parte quod tene menti, quia nunquam audiuisti cum igitur in isto tex. non ponatur clausula annullatiua actus in contrarium facti merito iudicium cum minore tenebit & hoc notabile verbum deseruiet tibi ad multa.

¶Secundo principaliter pro ista opin. communi moder. vltra omnes est decisio in terminis Bar. in.l. filiusfami.§. veterani in fi.ff. de procura. quem sequitur D. Abb. in ca. nō iniustæ in prima columna de procura. ¶Sed ad istud fundamentum potest responderi ex dictis eiusdem Bart. in.l.licet in.ii.col.C.de procura. quod opi.sua procedit in seruo, sed in filio non est vera, vel secūdo responde, quod cōtra opi.Bar.est tex.in dicto.§.veterani. Nam potest esse in iudicio nisi opponatur, & ita procedit iste text. pro quo est doctri. Ioannis Andre. in dicto capitulo non iniuste vides ergo quod vtraque pars potest sustineri quid dicendum.

¶Audias modo nam cogitabam, quod nouiter istæ opinio. possunt concordari, ex qua concordia tex. iste noster no-
23 ua ratione declarabitur dicas ergo sic † quod aut iudicium ac ceptum a minore. xiiii. annorum tendit in præiudicium suum, aut in commodum primo casu siue loquamur in ciuilibus siue in criminalibus siue pupillus sit præsens, siue absens iudicium erit ipso iure nullum, & ita procedit communis opinio, pro qua facit tex. in.l.minor.ff. de procuratoribus secundo casu puto quod iudicium valeat & istam distinctionem probo ex pluribus primo ex doctri. Bar. in.l. cum hi.§. eam transactionem per illum
24 textum.ff. de transactionibus † vbi dicit quod licet ecclesia

vel minor nō posśint vendere rē immobilem nisi seruata solennitate iuris tamen vbi venditio esset facta in vtilitatē ipsorum bene valet,& hoc tenet etiam Bal.in.l.contra iuris in fi.prin.ff.de pact.ad idem facit dictum notabile Bal. in.l.neque per illum tex.C.de contrahen.& commit.stip.
25 vbi dicit † ꝙ licet stet statutum ꝙ cōtractus mulierum nō valeant,sine consensu propinquorum illud intelligitur de contractibus damnosis non vtilibus,& istas duas decisiones cum concordan.approbat,& sequitur Decius in notabili casu in consil.v.alias.cccxxxi.pro resolutione in secunda colum.in.iii.parte nouiter impressa,& hoc idem vltra Decium pluribus decisionibus prosequitur Andre.Sicul. in consil.v.in penul.colum.in.iii.volu.& reassumit Ias.tacito auctore in.l.non eo minus in prima col.C.de procu. quæ non refero ,quia vt vidistis moris mei est vobis tantum referre docto.qui plura dicunt non eorum dicta sigillatim transcribere,quæ omnia si conferantur ad propositum nostrum non erit dubium idem dicendum esse in actibus iudicialibus factis a minore,cum secundum cōmunem regulam valeat argumētum de extraiudicialibus ad iudicialia.l.nec mirum.ff.de pig.actio.&.l.omnem.ff.de iudic.

¶Tertia conclusio est ex dictis moder.ꝙ papa dispensando cum minore.xiiii.annorum,quo ad beneficium nō videtur secum dispensare,quo ad eius administrationem vt
26 hic patet.Adde vltra docto.ꝙ ista opin.procedit etiam † si minor in ecclesia haberet beneficiū ratione consuetudinis ibi vigentis,quia tali casu nō poterit administrare,& ideo nō habebit vocē in capitulo ita dicit Domi.& declarat istū tex.in.c.si eo tempore colum.fi.supra de rescript.eodem li.& hoc idem Domi.sentit in.c.ex eo in fi.prin.de elec.eodem libro licet in præsentatione aliter sentiat,de quo ibi per eum,& hoc in terminis firmat Felyn.in.c.edoceri in secunda columna de rescript.alleg.Pet.de Ancha.in.c.i. de æta.& quali.eo.li.& Ioan.And.in.d.c.ex ratione,& in cap.de multa de præben.per quæ patet ꝙ ista est communis opi.

¶Sed aduertendum est ꝙ ista conclusio mihi non videtur vera per regulam glo.quam Abb.ibi & omnes sequuntur
27 in.c.quia in tantum de præben.vbi ponitur regula † ꝙ

minor dispensatus ad beneficium in consequentiam censetur dispensatus ad residentiam & alia consecutiua, quam regulam ponit etiam glo. in cap. siquis in clero. vii. q. prima, & sequitur Fely. in. c. mandato in prima colum. de fimo, & latius in. c. postulasti de rescrip. Abb. in. c. at si clerici. §. de adulteriis de iudic. & pro ista parte videtur esse ca-
28 sus in. l. quidam consulebant. ff. de re. iudi. † vbi princeps concedens minori magistratum in dubio videtur tribuere ei administrationem. ¶ Non obst. iste tex. quia hic non negatur administratio beneficii minori circa beneficium, quæ extra iudicialis est & talis administratio minori bene competit, vt in. c. qui generaliter. §. fi. supra de procurato. eo. li. non sic in iudiciali, quæ extrinsecus venit in qua maior industria requiritur, vt in dicto cap. qui generaliter vnde infertur ex hoc prout inferunt moder. ad dispensationem factam per papam non recte infertur per prædictam regulam non obstat tex. in. c. ex ratione, quem alleg. Moder. quia ille tex. procedit in dispensato ab inferiore in quo est longe diuersa ratio, vt habetur in. c. pen. de filiis presby. & in. l. ii. C. si ser. aut libe. li. x. vel vt euitentur omnia posset fieri differentia inter dispensationem factam motu proprio & ex certa scientia & obtentam ad instantiam partis per ea quæ dicuntur in. c. si pluribus infra de præben. eo. libro, & in. l. siquis iniquū. ff. ꝙ quisꝗ iuris, & in. l. idem vulpia. ff. de excu. tuto.

29 ¶ Nota vlterius secundū Gemi. hic ꝙ ille dicitur † iudex competens ad dandum curatorem in lite, qui potest cognoscere de illa causa, & ideo laicus dare curatorem non poterit.

¶ Sed tu aduerte ꝙ ista illatio non videtur expedita, quia aut laicus de causa cognoscere non potest, & tunc nō est dubium ꝙ curatorem ad eam causam dare non possit cū sit cōsequēs & prohibetur antecedēs, super quo laicus priuatus reperitur non iudex, aut vero de causa cognoscere potest, quod in spirituali contingere potest permissione papæ per nota. per Abba. & glo. in. c. secūdo extra eodem titu. & tali casu dubitandum etiam non est per tex. in. §. sequenti, aut vero is cognoscit alio iure & tunc ratio Gemi.
30 hic non videtur concludens † quia nō illico ꝙ aliquis de principali cognoscere potest datur facultas super accesso-

riis vt probat tex in.c.primo. §. primo infra de foro competenti & ibi not.glo. in verbo suscipere in fi. & hoc nisi accessoria sint necessaria sine quibus iurisdictio esset inanis ita procedit tex.in. §.sequenti & in.c.prudentiam. §. sexta in fi.de offi.deleg.

31 ¶Nota vltimo ex isto tex. † ꝙ non solum curator minori per episcopo dari potest, sed per eius officialem & hoc intelligitur secundum Gemini. hic & alios de officiali principali episcopi qui vnum & idem consistorium facit cum eo vt in.c.Romana infra de appella.eodem libro cum similibus. Secus vero de foraneo facit pro ista opin. quia verba in potiori significatione accipi debent. l. quæritur.ff. de sta. homi. capitulo penulti. de senten.excommunica.

¶Sed diligenter cõsiderandum est, quia istud dictum Gemi.non videtur aliquo pacto verum ex eo, quia tex.hic generaliter loquitur de officiali ergo de vtroq; intelligitur licet maior ratio sit in vno casu q̃ in alio vt in simili est tex. notabilis in.l.i. §. ꝙ autem.ff.de aleato.ad idem.l.in fraudẽ §. fi.in fi.ff.de testa.mili. & hoc idẽ in materia odiosa procedit in qua interpretatio fit quatenus verba generalia secundum eorum proprietatem includunt, vt notat Areti. in.l. cum lege per illum tex. ff. de testa. & hoc prius dixit Calde.in consil.primo de consang. & affi. & reassumit Decius in consil.liiii.alias.cclviii.in casu domini in tertia columna, numero.6.in secũda parte & pro hoc videtur esse glo.in cap. statutum in princi.in versi.obtinentibus supra

32 de rescrip. quæ vult † ꝙ dispositio loquens de officiali habeat locum nõ solum in principali, sed etiam in foraneo, & quia isto casu eadem ratio videtur in vtroq;. Nam sicut officialis principalis potest in ciuitate causa coram se vertente curatorem minori dare eodem modo officialis foraneus poterit in rure, quia illud videtur necessarium ad expediendam causam, quo siue iudicium reddetur nullũ secundum communem opin.per supra dicta pro quo facit tex.in. §.seq. ¶Non obst.modo ꝙ verba in potiori significatu &c.quia illa regula procedit quando aliter verba capiẽdo nihil operarẽtur ita procedit tex. in.d.c.pe.de sen. ex.quẽ in terminis ita declarat Fely.in.c.si diligenti in fine de foro compet.alias vero verba generaliter capiuntur, vt

33 est casus in.c.pia.§.de excep.vbi verbum † excõmunicatio tã de maiori q̃ minori intelligitur quia illa generalitas inducit effectũ,& in.c.pen.minor excõmunicatio nõ inducebat effectũ ideo de maiori tantũ intelligitur & ita etiã hoc tenet Decius in.l.semper in obscuris in fin.ff.de reg.iur. & isto modo etiam resoluitur tex.in.l.i.ff.si ager vectig. per Bar.in.l.si mater.§.eandem.ff.de excep.rei iudi.quẽ sequitur Ias.in.l.incerti.§.si nummi in.i.colum.numer.6.ff.de
34 condi.indeb. & hoc regulariter videtur habere locũ † ꝙ verba generaliter intelligãtur.l.de precio.ff.de publicia.& l.si seruitus.ff.de ser.vr.prædio.c.solitæ de maio.& obe.& ista regula in materia iurisdictionis de qua loquit̃ iste tex. locũ habet vt concludit Alex.in rub.ff.de iu.o.iudi.vbi rubrica de iurisdictione simpliciter loquitur & tamẽ secũdũ cõmunẽ opi.intelligitur tã de iurisdictione ordinaria q̃ delegata,& hoc idẽ in iudice dicit glo.iuncto tex.in.§.i.insti. de actio.in verbo iudices dato ꝙ vnus maior sit altero per ea quæ Docto.cõmuniter tradunt in rubric.ff.de offi.eius & prædicta regula intelligitur etiam respectu præiudicii quia verba generalia generaliter intelliguntur,vt est casus in.l.fi.in fi.& ibi not.Angel.C.de dot.promiss.sequitur Ias. in.l.qui Romæ.§.duo fratres in.xxvii.colũ.num.10.ff.
35 de verb.obli.hinc est ꝙ dici solet † ꝙ si lex non distinguit, nec distinguere debemus.d.l.de pretio & not.Bar.in.l.iii. ff.de offi.præsi.facit.c.Romanorũ.ix.dist.&.c.quia circa de priuileg.cũ pluribus concor.decisionibus quæ scribit Ias. in.l.quanuis.ff.de in ius voc.per illũ tex.& in.l.non dubiũ in.viii.colum.numero.38.versi.item ad istam.C.de legibus.& Geor.Natan.in rep.cle.sæpe in.lxxii.colum.de verb.significa. Nec obst.ꝙ officialis maior episcopi facit idem consistorium vt dicit Gemini.per dictũ capitulum
36 Romana,quia hoc non facit ad propositum,† quia facultas dandi curatorem ad litem non causatur ex eodem consistorio,sed ex iurisdictione,vt patet in.§.sequenti de subdelegato delegati quam quidam iurisdictionẽ constat habere officialem foraneum,vt not.glo.in.l.fi.C.de iudi.& in.c.statutũ.§.insuper in versi.moderatas supra de
37 rescr.& ideo vigore suæ iurisdictionis poterit talis † officialis in loco suæ iurisdictionis hoc expedire cum censeatur datus ad vniuersitatem causarum: & sic æquiparatur

ordinario vt tenet Bar.in.l.si vni.alias Pomponius.ff.de re iudic.& hoc expresse firmat Abb.in.c.siquis contra.in.xx. colum.de foro compe.& glo.in.c.cum causam in ver.de legatus in fi.de appella.& ibi Abb. sequitur & cõmuniter docto.cum cõcor.vt per Andre.Sicul.in.c.causam matrimonii de offi.dele.¶ Vltimo pro ista opin.facit, quia istud
38 † verbũ officialis est nomen generale ad omnes habẽtes officiũ cum iurisdictione ita dicit Andre. Sicul. post Gui. & Imol.in cle.ii.in glo.officialis in prin.de rescrip.& sic videtur ꝙ tex.noster simpliciter de officiali loquẽs debet intelligi de vtroꝗ & hoc nisi aliter expressum reperiatur in alia
39 parte iuris,quia tali casu † lex generaliter loquẽs bene potest restringi a lege secus ab homine vt argumẽtatur in simili Bar.in.l.serui nomine.ff.de vsuca.& in.l.iubemus.§. sane numero.7.C.de sac.sanct.eccle. quem ad hoc nouis. Regin. allegant in rubrica.ff.de ope.no.nun.numer. 20. & ita ego intelligo illas. lv. fallentias quartas ad illam regulam ponit Socinus in suo tract.regularum nu.229.

¶ De testamentis. Rubrica.

1 Paterfami.testamentum an condere possit.
2 Seruus est creatura humana dictum insulsum Abb.
3 Filiusfami.quare potest de consensu patris donare,& non testari.
Actus morientiũ non possunt in suspenso esse sicut actus morientium,& quomodo hoc procedat ibidem.
4 Actus legitimi non recipiunt cõditionem quomodo procedat.
5 Donatio causa mortis an potius contractui q̃ vltime voluntati æquiparetur.
6 Argumentum a simili debet habere maiores concordantias q̃ differentias.
7 Substitutio qualiter dicatur secunda institutio.
8 Intellectus ad.l.mulier.§.fi.ff. de condi. & de. vsꝗ ad finẽ per. iii.col.
9 Conditio de præterito ita debet verificari sicut de præsenti, & in multis conueniunt conditio de præterito & de futuro ibidem.
10 Lex prima.ff.de dona.quomodo declaretur.

Argumento

11 Argumento data instantia corruit.
Fantasmata noua generãtur ex nouis opinionib' ibidẽ.
12 Creditores conditionales propriæ dicuntur creditores.
13 Nouus intellectus ad. §. fi. d. l. mulier.
14 Nominatus primo præsumitur magis dilectus.
15 Auctor fiat assumptus per senatum ad lecturam ordinariam iuris canonici in primo loco.

SI pater. Super ista notabili decretali, quæ studium proculdubio arduum, & insolidum requirit breuiter procedam calcãdo uestigia Geminiani vt plurimum, & ea que propter breuitatem temporis, quæ duabus lectionibus distribuitur a trutinanti calamo effugient. Suppleat pius lector, cui tantum prodesse volui, Summatur igitur, & diuiditur iste tex. vt hic per Gemin.

1 ¶ † Nota primo ibi pater secundum Moder. hic post Domi. in prima oppo. q paterfamilias potest testamentum condere, secus vero si sit filiusfamilias, nam testari non potest, donare tamen causa mortis poterit. l. tam is §. i. ff. de dona. & in. c. is qui. j. primo titulo proximo. Ita hic concludunt docto.

¶ Sed tu aduerte ad duo circa istud notabile. Quia omnino videtur fatuũ illud colligere ab isto tex. Nam cum tex. iste de patre loquitur, debet intelligi de illo qui est sui iuris, qui paterfamilias appellatur, Quoniam si in patris potestate fuisset, tex. patrem non dixisset. Sed filium familias, qui istis nominibus distinguitur, vt in. l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & in. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. sig. Constat igitur friuolũ esse, dubitare an paterfamilias possit testamentum con
2 dere, Non secus, ac dicere, † q seruus est creatura humana, vt notauit Abb. in. c. solitæ de ma. & obe.

¶ Secundo loco est videndum, an illud indistincte sit verum, q filiusfa. possit causa mortis donare, & circa hoc non est dubium, quando concurrit consensus patris, vt in. d. l. tam is & . l. filius eo. ti. vt concludunt hic omnes & Alex. in consil. liij. in causa & lite in. ij. col. li. vij. Sed maior est difficultas in prærscrutanda ratione, quare est
3 † q filiusfamilias possit de consensu patris donare & ta-

men non potest testamentum facere Philip. francus . in rubrica istius tit. in.xx.col.dicit ꝙ actus morientium non possunt esse in suspenso, neq; ab alterius arbitrio pendere, sicut actus viuentium, vt in.l. fi.ff. cómu. prae dio. & in.l.illa institutio.ff.de hę. insti. Sed donatio cau sa mortis accedit magis ad naturam contractus q̃ vltimę voluntatis, vt dicit glo. in.l.ii.in prin.ff.de dote pręleg. & contractus possunt dependere ab alterius arbitrio vt dicta.l.fi. Ideo introductum est, ꝙ filius consentiente pa tre possit donare. Ita dicit ibi praedictus doctor, & fuit prius ratio Bal.in.l.senium in prin.C. qui tes. facere possunt.

¶ Sed ista ratio non satisfacit. Quia illa regula, ꝙ actus morientium non possint esse in suspenso. Non est simpliciter vera, quia eodem modo possunt suspendi sicut actus viuentium quando subest causa. Ita expresse dicit Bal. in.l.fi.in .iij. col. versi. Item oppo.C. de sen. pass. Et plura similia ad hoc congerunt Moder. Hispani re petentes in.l. si pater nu. 203. C. de insti. & substi. li cet ibi de Bal.mentionem non faciant, & illa regu.d.l.fi. procedit respectu validitatis dispositionis testatoris se cus vero respectu exequutoris, seu effectus, quia tunc potest esse in suspenso vltima voluntas.l. heres quando cunq;.ff. de acqui. haere. & ita dictam regulam etiam in terminis limitat doctissimus Moder. Lanzalot. galiaula in repe.l. Centurio in.xxxvi. col.nu.165.ff. de vulg. vbi pro ista limitatione plura iura alleg. quae videri possunt & ex istis colligitur optima & noua declaratio ad aliam regulam iuris quae habet, ꝙ actus legitimi non recipiunt
4 diem, † neq; conditionem, & secundum hoc donatio causa mortis ex quo aequiparatur legato particulari, & & non requirit illas solemnitates exactas quae in testamen to scribuntur. Propterea facile concessum fuit filiofam. vt permittẽte patre posset donare, non illa ratione quia aequipararetur contractui, quia illud verum non est, Quia immo potius donatio causa mortis aequiparatur vltimae
5 voluntati, † vt.l.fi.C.de dona. cau. mor.l. illud.ff. eo. ti. &.l.ij.ff. de publicia.tener Roman. in .l. si donatione in iii .col.C.de colla. cum multis concor. quae congerunt Moderni Hispani in repe.c.per vestras fol.lvi.in.ii. col.

de dona. inter vir. & vxo. Nam videmus ꝙ essentialia donationis causa mortis sunt eiusdem naturæ qua actus vltimæ voluntatis potest enim talis donatio pœnitentiã reuocari .l.non omnis in prin.ff.si cer.pet. Secus tamẽ in contractibus, vt in.l.sicut.C. de actio.et oblig. Secũdo quia sicut in legatis mortuo testatore dominium transfertur ipso iure.l. a titio .ff. de furtis ita & in donatione causa mor.l.i.in fi. cum.l. seq.ff. de publicia. Item in ea habet locum ius accrescendi sicut in vltimis voluntatibus .l. vnica .§. fi.C. de cadu.tol. secus in contractibus .l. si mihi & titio.ff. de ver. oblig. & plura alia similia adducit Ias.in.l. sciendum in .iiij. col. de leg.i. cum igitur donatio causa mortis ex parte vltimæ voluntatis habeat plures similitudines & coniunctiones q̃ cum contractibus dicendum est debere fieri æquiparationem potius ab vltima voluntate, q̃ a contractu argu. glosa notabilis in lege Iulianus.§. Item qui furem in verb. quanto minoris in medio .ff. de act.emp. & quod per illum not. Petrus de Ancharano in rubrica de re.iu. libro sexto in prima columna, & ibi dixi. Nam quando aliquid assimilatur alteri debet cum eo habere maiores concordantias, q̃ discordantias lege prima & ibi expresse no

6 tat Bal. & Ias.C. de iu.emphi. † alias non valet argutum a simili vt not. glosa in .c. sic enim in versi. nunquid .xxviij.q.i.

7 ¶ † Nota secundo ex tex. ꝙ substitutio est secunda institutio hoc probatur clare hic dum tex.dicit ꝙ pauperes instituit, & tamen talis institutio fuit substitutio vt aperte hic dicitur, & ita doctores omnes transeunt, cum quibus concordat Alexan. in lege si a primo per illum tex.ff. de libe. & posth. in prin. Et istud quod dictum est secundum proprietatem vocabuli procedit. Nam cum illa sit diffinitio, verba in diffinitione proprie capi debent vt concludunt communiter docto. rubrica ff. de vul. & pup. Pro qua opi. adducitur tex. singularis in lege mulier.§. finali.ff. de condi. insti. vbi si ita dixero instituto te hęredem si tu me hæredem instituas dicitur ibi, ꝙ si tu me substitutum feceris, ꝙ satisfactum est conditioni certæ, non alio respectu, nisi quia, qui substitutus est, dicitur proprie institutus cum verba in

conditionibus proprie & in forma specifica debent impleri.l. qui hæredi cum similibus de condi. & dem.& ita illum tex. ad hoc ibi commendat Bar. Bal. & Pau. de Cast.& Ias.in .l. Centurio in antepe. col.ff. de vulg.& pup. vbi per illum tex. reprehendit Anto.de but.in consil.lxxvj.qui dicit ꝙ substitutus, non est proprie institutus & idem Ias.in.d.l. si a primo in .iij.col.de lib. & post. & in.l.potest in.ij.col.ff.de vulg. & pup. & in.l.iij.§. pure in prin.ff.de lib. & post.

8 ¶ †Sed aduerte diligēter ꝙ ad tex.in .d.§.fi. respondet idem Ias.sibi contarius,in.l. Gallus.§. & quid si tantum. xv. col.ff.de lib. & post. ꝙ ibi sumus in conditione voluntaria,quæ potest adimpleri per æquipollens, & ideo ibi appellatione instituti,venit substitutus,non autem ex proprietate,quod patet secundum ipsum ex diuersitate graduum,quia institutus dicitur in primo gradu hęres substitutus vero in secundo, præterea quia substitutio ē conditionalis institutio.l. in ratione .§. ꝙ vulgo.ff. ad .l. falcid.& vbi est conditio ibi nō est proprietas.l.prima.ff. de dona. Vnde relictis omnibus solutionibus Ias. dicit ꝙ ipse putat tex. in.d.§.fi. aliter euadi posse videlicet, vt dicamus ibi non esse proprie conditionem ex quo respicit præteritum non futurum.l.cum ad pręsens.ff.si cert. pet. & ideo ille tex. non facit ad propositum inducendo vt ibi latus per eum,cuius verba Carol. roinus ibi transcibit nisi Ias. ab ipso prius habuisset,vterq; tamen ipsorum habuit a Socino qui istam solutionem ponit, nec illum referunt in rubrica .ff. de vul.& pup.in.ii. lectura siue additione quam fecit ad primam lecturam.

¶ Sed tamen ista solutio non mihi satisfacit,duplici ratione,prima,quia illa verba conditionis posita in.d.§.fi. non sunt illa quæ formaliter a testatore dicta fuerunt, sed referuntur ibi narratiue a Iurisconsulto, & ideo fundari non potest decisio an verba sunt de præterito, vel futuro, vel dicas secundo,ꝙ licet conditio de præterito proprie non sit conditio, procedit quo ad suspendendum actum,sed quantum ad eius essentiam non videtur diuersitas, quia eodem modo debet verificari con

9 ditio de præsenti † vel præterito respectu pręteriti sicut conditio de futuro respectu futuri,d.l. cum ad præsens

& tradit expresse Decius in.l.actus legitimi in.ii.col.nu.14 ff.de re. iu. Nā conditio de pręterito vel pręsenti,ita est incerta quo ad nos, sicut conditio de futuro. vt est tex. in.l.si ita stipulatus fuero la tertia,& ibi nota.Ias.ff.de verb.obli. Et hinc est ꝙ sicut conditio de futuro habetur, loco causæ in stipulatione,ita etiam conditio de præterito vel de præsenti,vt dicit Bar.& ibi Alex.in.l.a Titio.ff.de verb.oblig. & sicut etiam electio non valet facta sub cōditione de futuro, sic etiam non valet facta sub conditione de præsenti vel præterito.vt tenet glo.in.c.ii.de elec.lib.vi. Patet igitur ꝙ respectu effectus par est potētia vtriusꝙ conditionis.Et sic solutio prædictorum doctorum resoluitur.Nec obst.etiam ꝙ substitutus dicatur cōditionaliter institutus, quia illud non est verum, quando tractatur de acquisitione facienda substituto qui pure admittitur resoluta conditione quæ in persona instituti posita fuerat, & cū tractetur de subrogatione secūdi oportet, ꝙ primus deficiat ꝓpterea tamen secundus, qui in locum primi substituitur conditionaliter institutus non dicitur, quia tunc dicitur institutus,cū nulla est conditio,antea tamen de viribus eius nō tractatur.Sed esto ꝙ fateamur substitutū esse conditionaliter institutum, propterea nō tollitur,quin institutus proprie dicatur,quia conditionales creditores proprie creditores dicuntur,l.si cui.&.l.creditores.ff. de verb.obli.Nec

10 obst.d.l.i.ff.de dona.† quia licet ad illam respondeat Ias.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum,quia tamen illa solutio non releuat,tu soluas isto modo.ꝙ tex.in.d.l.i. procedit,quando conditio apposita in donatione respicit vtilitatē donantis,Secus vero si vtilitatem donantis non respicit, quia tali casu proprie donatio dicitur,cū donatio possit fieri & pure,& sub conditione.l.donatio.C.de donatio.& ita expresse declarat Pau.de Cast.in.l. si tibi pecunia & ibi sequitur Decius in.ii.notabili.ff.si cer.pet.& idem Pau.hoc tenet in

11 d.l.i.& secundum hoc tex.ille optime resoluitur.† Quandoquidem ad tollēdum argumētum sufficeret dare instantiam de creditore conditionali,vt supra dixi,iuxta.l. creditori,& quæ ibi not.Ias.post alios,ff.de ope.nō.nun. & tex. in.c.sicut vrgeri.l.q.i.Decius in.c. nam concupiscentiā de consti. Est bene verum, ꝙ quantum ad hoc de creditore, contrarium ego tenui in.§.Item siquis in fraudem tune

ro.33.insti.de actio. Tamen modo placet contraria opin. Quia ex nouis opinionibus, & vltimis noua generantur fantasmata, vt dicit Bal.in.l.de tutela.C.de in inte.rest.ex quibus priora reuocantur. Quia præsumuntur maturiora, vt dicit Roma.in consil.cccxxvii.istæ sunt rationes col. ii.& And.Sicul.in consil.xliii.sempiterna col.ix in.ii.vol.
12 & pro ista opinione, † ꝙ creditor cōditionalis sit proprie creditor pro communi ego pondero, ꝙ tex.in.d.l.creditores,&.d.l.si cui sunt positi sub tit.de verb.sig.in quo titulo tractatur de ꝓprietate verborū, vt dicit Ias.in.l.Gallus.§. si is qui in.ii.col.ff.de lib.& posth.& hoc suadetur vltra ipsum, quia illud verbum significatione pōsitū in dicto tit.nihil aliud importat, q̄ de proprietate verborum, vt est tex. optimus in.l.si ita scripsisset.ff.de leg.ii.ad idē tex.in.l.iiii. ff.de condi.insti. Patet igitur ꝙ interpretatio.d.l.creditores &.d.l.si cui secundum proprietatem procedet. Remanent ergo dissolutæ solutiones docto, & tex.in.d.l.mulier.§.fi. adhuc viget.

¶ Et ideo reperio, ꝙ Decius in rubric.C.de insti.& substi. conatur aliter resoluere tex.in.d.§.fi.videlicet ꝙ ideo ibi cōditio institutionis verificatur in substitutione / quia voluntas testatoris fuerat alternatiua, videlicet ꝙ ipsum instituisset, vel aliquid sibi legasset. Vnde ille substituendo, videtur potius adhærere legato, q̄ institutioni ex volūtate testatoris, & ita in effectu Decius trāsit, vt ibi latius per eum.

¶ Sed etiam ista solutio, quæ videtur in effectu fuisse Caroli roini in rep.§.& quid si tantum in.xvi.col.ff.de lib.& posth.non tollit difficultatem, quia si conditio debet adimpleri in forma specifica. Clarū est, ꝙ ille substituendo, neq̄ instituit hæredem, neq; legauit, quia substitutio dicitur secunda institutio, non legatum. Vnde negari non potest, ꝙ iste casus veluti omissus esset relinquendus dispositioni iuris cōmunis, & tamē tex.ibi dicit illū satisfacere conditioni certę, nō alio respectu, nisi quia largo modo substitutio dicitur institutio. & sic ibi cōditio non impletur in forma specifica, tex.igitur in.d.§.fi.adhuc nō est resolutus.

¶ Reperio, ꝙ quidā moder. Hispani repe.in.l.si pater fol. xix.num.ccxvii.C.de insti.& substi.conantur aliter illum tex.euadere. Dicunt enim, ꝙ in.d.§.fi. non requiritur verificatio conditionis in forma specifica respectu effectus

acquisitionis, quia testator considerauit meritum respectu actus institutionis, nimirum si conditio impleretur in suo genere. Quia verbum institutio capiendo, vt genus prædicatur proprie de substitutione, quia species proprie sub genere comprehenditur. l. item legato. §. item interest, de leg. iii. & quia testator ibi erat iam mortuus nõ poterat per institutionem aliquid acquirere. l. vnica. §. fin autem. C. de cad. tol. cum similibus, ideo sufficiebat quodcunq; meritũ, etiam inæquale, vt ibi declaret Pau. de Cast. & secundum hoc ille tex. de plano procederet, Pro ista solutione tu adde præsupponendo, ꝙ testator ibi mortuus fuerit, ꝙ ideo ibi illa conditio institutionis fuit verificata in substitutione, vt testamentum substineretur, ꝙ quidem non valeret, si hæres institutus desineret esse hæres ob non adimpletam conditionem ob quam fuit institutus. Vnde, vt testamentum valeat, & ne testator moriatur intestatus, eligitur illa via tutior pro testamẽto, vt in. l. si pars. ff. de in offi. testamẽto. Pro quo etiam verba impropriantur, l. pater seuerinam ff. de condi. & de. & in ipsis fit lata interpretatio, l. in testamentis. ff. de re. iur.

¶ Sed tu etiam considera ꝙ ista solutio nihil valet, & est diuinatiua, ꝙ ibi testator considerat meritũ institutionis, & ꝙ prius mortuus fuerit, ista omnia sunt facti, quæ ibi nõ probantur, Et propterea cogitaui ego ad illum tex. alium nouum sensum, qui talis est, videlicet, ꝙ non loquitur de substitutione, cum in tex. nullum sit verbum, sed mere de institutione, & erit iste sensus literæ, & ratio dubitandi dicitur ibi in tex. ꝙ si ego te hæredẽ instituero, si tu me hæredem instituisses, quod non refert. quo gradu ego a te hæres institutus sim. Doctores omnes intelligunt ista verba de substituto, ego autem dico ꝙ iste tex. non intelligitur, nisi de instituto. Præsupponẽdo vnum, ꝙ quis in testamẽto potest plures gradus hæredum facere, etiam non substituendo. l. si quis hæredes. & l. quo loco non cauillando literam. Nouus intellectus ad. §. si. ff. de hære. insti. cum simil.

13 tunc sic sensus. d. §. si. est talis, † ꝙ si tu me hæredem instituisti, sub tali conditione. si ego te hæredem fecero, videor conditioni satisfacere, si te in secundo loco hæredem in testamento meo nominauero, cum primo loco alios instituerim. & ratio dubitãdi poterat esse, quia illa verba, si me

hæredem instituisses, videbitur debere intelligi de primo nominato argumēto.l.boues,§.hoc sermone,ff.de verb.
14 signi.† Nā primo nominatus in testamento, præsumitur magis dilectus a testatore,l.qui soluendo,& ibi not.glos. ff.de hære.insti.& ex ista priori nominatione. effectus maximus sequitur, vt in.l,quotiēs.ff.de vsufruc,&.l,siquis hæres.ff. qui & a qui.&,l.generaliter. §. si quis ergo. ff.de fidei.liber. Sed tamen ista ratione non obstante,tex.ibi determinat contrariū,dicens sufficere a quoquo loco te hæredem instituere, vel aliquid tibi legare dūmodo aliquo gradu hoc faciam,idest dummodo te instituā in certa parte alio hærede instituo,nam tali casu dicitur legatarius institutus,non tamen hæres,l,quotiens.C.de hær. insti.& in §. aliud quoq; in auct. vt cum de appella. cog. & hoc est quod dicit ille tex,in,d.§.fi.& ita tenēdo inferūtur ex hoc plures effectus. Primus est.ꝙ ex quo ille tex.loquitur tantum de hærede substitutus,non erit proprie hæres. Secundo conseruatur illa regula,ꝙ conditio debet proprie & in forma specifica adimpleri, vul.l.de condi. & dem. Nam isto modo tex.in.§.fi.cōcordabit cum regula.d.l.qui hæredi. Tertius effectus resultat, ex hoc ꝙ si relictum sit alicui legatum,sub titulo institutionis,dicitur institutus.Sed nō dicetur hæres,vt probatur in,d.§.fi,secundum istum intellectum,dum ibi ponitur differentia,an sit hæres institutus vel aliquid legatum aliquo tamen gradu,quod facit ad declarationē,d.l.quotiens cum multis aliis,vt dicemus infra in glo. Hic superuenerūt literæ Senatus Veneti ad po
15 testates Patauinos,† per quas Senatus,destinauit me (licet immeritum) ad lecturam ordinariam iuris canonici, de sero in primo loco. Et ideo cogimur punctum facere super ista decretali,& faciam principiū meum in dicto loco die Lunę proxima,in qua assumam titulum de accusatio. qui secundum morem huius gymnasii,hoc anno interpretandus venit.

¶Bibliopola.

NOn ab re erit lector candidissime, pro complemento paginarum deficientium loco Orationem quandam eiusdem Reueren. P. D. Ludouci, quæ ad manus nostras nescio quo pacto peruenit inserere, quã idem Dominus auditor die prima Octobris. 1532. cum audientia Sacri Palatii initium acceperunt publice habuit. Est enim elegans, docta, & sententiarum plena, quæ duo facile in oratore optimo desiderari solent.

1 Pericles Atheniensis orator egregius antequam ad populum verba faceret, quid sit deos precari solitus.
2 Honestas in quatuor locos diuisa.
3 Lex deorum hominumque regina.
4 Legum vis atque natura.
5 Leges plurimæ quibus adsint, eos viuendi ritu deprauatos esse.
6 Reipublicæ cura apud Persas, Athenienses, Romanosque, quibus committi solita sit.
7 Numerus duodenarius quæ in se comprehendat.
8 Auditores rotæ duodecim.
9 Mentis interitatem omnibus fortunæ bonis anteponendam.
10 Auditores rotæ, quales esse debeant.
11 Hadriani imperatoris exemplum non negligendum.
12 Conditionis humanæ deploratio.
13 Virtutis sola gloria nos contentos esse debere.
14 Aduocati quid agere debeant.
15 Aduocatorum perfidia olim, quam fuerit venalis.
16 Ranutius aduocatorum primus ob defensam causam mercedem accepit.
17 Aduocatos plures sanctos fuisse.
18 Procuratorum officium.
19 Scribarum & tabellionum fides & veritas quanta esse debeat.
20 Lex Clodia vnde emerserit.

¶Exordium.

PEriclem illum Atheniēsem, Patres amplisſ. Voſq́ cæteri cuiuſq́ ordinis ſpectatiſs. viri, in quo tāta vis dicendi fuit, tanta ad mouendos effectus facultas, vt veteres Comici etiam cum illi maledicerent, in eius ore leporem habitaſſe confiterentur. Quoties ad populum verba faceret, Deos immortales præcarim ſolitū accipimus, ne verbum vllum ſibi in mentem veniret, quod a rebus ipſis videri poſſet alienum. Quod ſi illum, cui admirabilis contingit, & diuina propemodum dicendi copia, ea cura ſollicitabat, cum ad dicendū accederet, quanto me magis ſollicitum eſſe oportet, qui hoc dicendi genere parū exercitatus, non ad populum, nec de re quadam populari, vt ille, ſed apud ſummos viros de rebus maximis, idq́ ex celeberrimo iſto, & ſacro loco, quem etiam eloquentiſsimi formidare cōſueuerunt, dicturus proceſsi. Iure igitur poteram audax, aut certe parum prudens haberi, ſi tantum oneris ſpōte mea ſuſcepiſſem. Sed quoniam is mihi hoc munus iniūxit, cuius voluntati reſiſtere nec potui, nec debui. Dabitis neceſsitati veniam, ſiquid forte a uribus veſtris caſtigatiſsimis parum dignum attulero. Dicendum enim mihi eſt de legibus, deq́ ipſis magiſtratibus, de rebus quidē ſummis, in quarum dignitate commemorandi, ſi ſumma dixero, minora tamē ſunt his, quæ dicenda relinquuntur. Sed iam rem ipſam aggrediamur.

¶Oratio.

EX quatuor aūt locis, in quos honeſtas ipſa diuiſa eſt ille maxime naturā attingit hominū, qui in legū cognitione verſatur, quo factū eſt, vt ſummo ſemper in honore habita ſit iuris legūq́ cognitio. Propterea ꝙ qui in eadē facultate verſantur, præſidere intelligūtur cōmuni omniū ſaluti, & cōmodis. ꝙ ſi radicitus vim æqui, ac naturā diſcutiamus, nullo ſane actiori vinculo deprehēdemus, feroces populos ſuos ſe terminis cōtineri, ciuitatū conſilia ſtabiliri, principū deſidētiū animos cōciliari, ꝗ legibus. Et

si verũ fateri libeat, ꝙ stamus, ꝙ sedemus, ꝙ tuti viuimus, ꝙ dominia rerũ adseruamus, id iuri totũ, legibusq; debe- mus. vt.n. corpora sine mente, sic ciuitas sine legibus suis partibus & membris vti non potest. vt merito a veteribus dictũ sit, longe maiore discrimine ciuitatẽ legibus q̃ meni bus ipsis fraudari, & legũ idcirco nos seruos esse, vt liberi esse possimus. Quã legũ dignitatẽ admiratus senex ille sa-
3 pientissimus Pindarus, † legẽ dixit deorũ esse, hominũq; re ginã, per quã, veluti per aureũ quendã funẽ (vt ait Plato) ratio nostra dirigitur. Nec aliã ob causam putauerim, vete res legum inuentionẽ Cereri frugũ inuentrici cõsecrasse q̃ vt innuerent, nõ minus humano generi leges, q̃ fruges esse necessarias. Quippe cũ fruges terrenis tantũ & cadu- cis corporibus subueniant, leges aũt animis, quorũ origo
4 diuina est, opituletur. † Legũ enim ea vis est, atq; natura, vt virtutes vel reddat illustriores, quas inueniat, vel non inuentas in animos mortalium inducat. Lex.n. studiosum sui grauẽ facit, purũ, syncerũ, incorruptũ, acquadam ęqui tatis, & veritatis maiestate verendũ. Hæc enim facit, vt ve- rus, iustus, ac honestus labor honoribus, præmiis, atque splendore decoretur, vitia hominũ, atq; fraudes, dãnis, vin culis, ignominiis, verberibus, exiliis, morte mulctentur. Hac docemur non disputationibus multis, sed authorita- te, nutuq; ipsius domites habere libidines. Respicite quæ- so, vt alia omittã, diuina illa legũ duodecim tabularũ ora- cula, & considerate quas morũ & æquitatis sententias refe rant, q̃ expressas habeãt maiestatis effigies. Nec enim im- merito Crassus apud Ciceronẽ vnũ dumtaxat ex illis legi bus libellũ, authoritatis pondere, ac vbertatis vtilitate, Phi losophorũ omniũ bibliothecis præposuit. Quas quidẽ le- ges, si nos cũ illa diuina, & cõpendiosa breuitate incorru- ptas, hactenus seruaremus, quãto foret (deus immortalis) nostra respublica felicior. Sed ex illis, xii. & quidẽ per mo dicis fontibus tã vasta nouarũ legũ, & cõmentariorũ suc- creuit immensitas, vt merito Tertulianus iam squalentem legũ syluã, eamq; securibus amputandã appellarit. Non lõge abhorrẽs a Socratis sentẽtia, qui (vt author est Plato)
5 putabat eos, † quibus plurimę leges adessent, viuendi ritu deprauatos esse, non secus atq; illos, quibus plures adsunt medici, eos nãq; multis morbis implicari, necesse est. Cu-

ius rei argumentũ nobis res Romana præstabit, quæ initio modicis legibus steterat, post vero legũ gliscẽte copia defecit. Quarum quidem legũ & cõmentariorũ immensa congeries non aliunde (si verum quærimus) profecta est, q̃ ex prauorũ hominum ingeniosa malitia, ac calumniosis interpretationibus, quas cohibere, & ad rectã iuris normã reuocare, munus est eorum, qui reipublicæ præsunt, quos magistratus appellamus, de quibus, non erit abs re, iam pauca quædam commemorare.

¶ Varia igitur apud antiquos, & ob magistratuũ impotẽ-
6 tiã periculosa fuit reipublicę conditio. † Nã primi omniũ Persarũ populi expedire eorũ imperio arbitrabãtur, si reipublicę curam septẽ magistratibus, veluti principibus cõmitterẽt. Athenięses vero decẽ primo, deinde viginti octo senioribus, quibus par erat cũ regibus potẽtia, reipublicæ summã tradiderũt. Romani centũ constituerũt, qui populo ius dicerent. Verum cum omnes illi rempub. pari imperio regerent, nec illis esset princeps vnus, qui posset, cũ oporteret, eorũ potentiam moderari, mutuis tandẽ cõtentionibus, ac factionũ odiis, illę respublicę veluti fluctibus exagitatæ, omnes ad vltimã conciderunt. Melius igitur ac sapientius Plato censuit, qui rempublicã omnẽ in duodecim distribuit magistratus, qui vni tantũ principi adessent.
7 Summi dei, vt opinor ordinẽ sequutus, † qui cęlũ ipsum immensum duodecim distinxit ordinibus, totidemq; mensibus annũ, quibus duodecim cõiunxit Zodiaci signa quę veluti quidam naturæ magistratus vniuersis faciẽ regerẽt, ac moderarentur. Neq; vero solũ res celestes hoc numero distinxit summus ille artifex Deus, sed etiã populũ Israel sibi electũ in duodecim partitus est tribus, quarum singulis magistratũ suũ, ac moderatorẽ præfecit. Sed cum ob illius gentis proteruiã, vetus illa respublica iam diuisa, ac penitus eo lapsa fuisset, miseratus hominũ casus Deus, Christũ filiũ ad nos demisit, qui veteris reipublicę lapsum vt noua
8 cõstitutione renouaret, † duodecim sibi delegit Apostolos, quorũ prudentia, & exemplo orbẽ terrarũ instituerẽt, eosq; futuros mũdi iudices designauit. Cuius quidẽ reipublicæ imaginẽ summi Pontifices Christi vicarii imitãtes sapiẽter, vt cætera, & diuino quodã nutu vos duodecim patres gentiũ iudices cõstituerũt, vt e duodecim istis sedibus

rempublicã Christianã bene ac sapiẽter moderemini, ima
ginem ferentes illarũ. xii. stellarũ, quas Ioannes in Apoca
lypsi dixit positas in corona iustitiæ. Et sicut illi Seruatoris
nostri Apostoli lineis & cãdidis vtebãtur tunicis, sic & vos
stolis albis amicti estis, quarũ formã duodecim Ægyptio
rũ sacerdotes in signũ purę ac immaculatę mẽtis primi o
9 mniũ tradidere. Quã quidẽ † mẽtis integritatẽ, ab immor
tali Deo acceptã, omnibus fortunæ bonis, & vitę propriæ
anteponere debemus. Hãc maiores nostri pręsidẽ iustitię,
ac custodẽ huius ordinis esse voluerũt. Quæ si optimorũ
consiliorũ, atq; factorũ testis in omni vita nobis erit, sine vl
lo metu, & summa cũ honestate viuemus. Quam aliã ob
causam putatis Fabriciũ Bicinũ, Q. Tuberonẽ veterum
memoria inter deos fuisse relatos, nisi quia ob incorrupti
animi robur, alter a Samnitibus ingentẽ vim auri, alter ve
ro ab Athẽis vasa pretiosa magni ponderis, exquisita arte
fabricata reiecerunt. Maluerũt. n. impolutis animis diuiti
bus imperare, q̃ diuites esse. Nec satis est, patres, sinceros
nos esse, & incorruptos, cũ hoc ipsum natura duce, ac do
mesticis institutis nobis insitũ esse debeat, nisi, quod est o
10 mniũ difficillimũ, cũ natura ipsa cõfligamus. Nã & bene,
& male de nobis audire, æquo animo ferre oportet, neq; fa
cile laudibus, vel populi cõuitiis a recto dimoueri. hoc. n.
est, aduersus naturã quæ in oppositum ducit, pugnare, in
quo quidẽ deficere sine summo reipublicæ detrimẽto non
possumus. Decet etiam, vt nos adeuntibus faciles, & beni
gnos præbeamus. Nã nihil hominũ animos eque deuin
cit, ac humanitas, & in omnes affabilitas, quæ facit, vt ho
mines nos obseruent, colant, ac reuereãtur. Sic Pompeius
miris a Cicerone laudibus effertur, sic Traianus, quia faci
le adeũtes eum, admittebat, boni principis nomẽ adeptus
11 est. Cõtra † Hadrianus imperator, vt difficilis, & plus ni
mio morosus, iure reprehendi meruit, ad quẽ cũ anus quę
dã paupercula accederet, sæpe rogãs, vt eius causam audi
ret, & is illi responderet, se ociosum non esse, tunc anus, ne
quidẽ ergo Hadriane imperatorẽ esse velis, cuius quidẽ li
berã aniculæ vocẽ admiratus imperator, non solũ illi au
res præbuit, verũ etiã alios facile audiuit. Quod Hadria
ni exẽplũ huc pertinet, patres, vt si auditoris nomẽ, quod
induimus, re ipsa implere cupimus, faciles ad audiendum

aures præbeamus, neq; vero solum aures nos adeuntibus, sed & mentē, ac animi attentionem præbere debemus. Ne forte nobis contingat, quod Philippo Macedonum Regi euenisse legimus, qui cū Machetæ cuiusdam causam negligentius, ac dormitans audisset, ac propterea sententiam iniquam in ipsum tulisset, Macheta clamore magno se ab ea sententia appellare dixit, quo appellationis verbo regibus inuiso, Philippum ad iram excitauit, qui ad eum conuersus, ad quem, inquit, Macheta appellas? ad te, respondit, o rex, cum attentius & vigilans causam meam audieris, tunc Philippus veluti rubore suffusus, diligentius rem

12 intelligens, causa cognita sententiā mutauit. † O laboriosam conditionem nostram, ac acerbam reipublicæ curā, in qua diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum, vbi seueritas periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, ingētes animi, corporisq; labores, gratia per exigua. Iure igitur Diocletianus imperator dixit, nihil esse difficilius, ac periculosius, q̄ magistratum gerere, vt merito in prouerbium exierit, lupū auribus tenet, qui gerit magistratum. Nam vt author est Xenophon, homo animalium omnium ingratissimus nihil magis odit, q̄ sui ipsius rectorem, atque custodem vt non ab re Pausanias Isocratem sapientissimum iudicauerit, quia ad rem publicam nunquam accessit, memor forsitan illius Crisippi sententiæ, qui cum interrogaretur, cur ad rempublicam non accederet, quoniam si male, inquit, eam gererem, diis displicerem, si bene, hominibus.

13 † Sed in tot tantisque reipublicæ gerendæ laboribus vna nos res præcipue consolari debet, patres, quæ veteres illos Romanos ad magnos subeundos labores adhortari solebat, qui pro ingentiū laborum suorum præmio sola virtutis gloria contenti erant. Hæc sola Marcellos, Fabios, Africanos ad res magnas, & periculosas ebeundas induxit, Nos vero si munere nobis cōmisso iuste ac sancte functi fuerimus, non solum ea, qua vsi sunt illi Heroes, inter homines fruemur gloria, sed postquam ex hac vita migrabimus, certus erit nobis in coelo diffinitus locus, in quo laborum nostrorum mercedem capientes, cum

14 sanctis Dei sempiterno æuo fruamur. † Vos etiam cau-

sarum patroni clarissimi ad hoc vnum adhortabor, ne dignitatem vestram, quæ per se amplissima est, auaritiæ labe polluatis, ne vos iterum e sua republica eiiciat Plato, tanquam, vt ipse dicebat, pecuniarum accipitres. Cuius quidem auaritię modum veteres causarum patroni ita excessisse leguntur, vt mererentur lege Cinthia coerceri, ne de cætero ob causam dicendam præmium, munusve
15 acciperent. † Nihil enim ea tempestate, vt author est Tacitus, tam venale fuit, quam aduocatorum perfidia. Adeo vt Samius insignis eques Romanus quadringentis nummorum millibus Suilio datis cognita præuaricatione ferro in domo eius incubuerit, quod causa fuit, vt patres insurrexerint, & legem Cinthiam flagitarent, non sine magno Suilli, & eorum, quibus hæc iniuria parabatur, strepitu. Nam discors Suillio Sillius consul acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens, qui famam in posteros pręmia eloquentiæ cogitauissent. Pulcherrimam alioquin, & bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari, ne fidem quidem integram manere, vbi magnitudo questuum spectetur. Meminissent T. Galbæ, C. Asinii, & Messalæ, ac recentiorũ Arruntii, & Eserninii ad summa prouectorum incorrupta vita, & facundia. Hæc & alia dicente consule, Suillius, & Cassianus aduocatorum primi insurrexerunt, superbiam potentiorum in hoc accusantes, qui neminem cuperent aduocatorum inopia res suas tueri. Cui enim tam vecors fuit, vt illi eloquentia gratuito contingeret, omitti curas familiares, vt quis se alienis negotiis intendat, facile Asinium & Messalam inter Antonium & Augustum bellorum præmiis refertos, aut ditiũ familiarium hæredes Eserninos & Aruntios magnum animum induisse. Prompta sibi exempla quantis mercedibus P. Clodius, aut C. Curio contionari soliti sint se modicos senatores, qui a republica nulla nisi pacis emolumẽta peterent. Sublatis enim studiorum pretiis etiam studia peritura vt minus decora, & defraudati laborum præmio homines ignauos, ac penitus desides reddi. Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiẽdis pecuniis posuit modum, vsque ad dena sestertia, quæ egressi, repetundarum tenerentur. Sic itaque hoc tempore Suillius sicut olim Appius Claudius obtinuit legem Cinthiam tẽperari. Nam

16 Appio permittente Antipho † Ranutius primus omniũ aduocatorum ob defensam causam mercedem accepit. Sic Suillius Tiberio mandante pretium linguę prosequutus est. Cuius exemplum Græci omnes, ac Latini postea sequuti sunt, longe magis fructuosam linguam, q̃ mercaturam experientes. Et ob eam causam ad tantum decus, & honorum culmẽ dignitas vestra processit, vt imperatores ad gloriam nominis & laudem referrent, ab ordine vestro genus trahere. Sed quid cætera cõmemoro, cũ Christum ipsum seruatorẽ nostrum aduocati officiũ non paucis, teste Augustino, impartitũ esse constet, vt in Magdalenę, in mulieris de adulterio, in accusatione discipulorũ suorum variis criminationibus factum ab ipso in euan
17 gelio legimus. vt Ambrosiũ omittã, † qui vndecim annis in curia & foro causas egit, & Germanũ, ac Lipardum diui Leonardi magni fratrẽ, qui & ipsi, cum aduocati fuissent, in numerum sanctorum relati sunt, vt obiter obtrectatorum vestrorum inuidiæ occurratur, qui vnum tantũ Iuonem ex ordine vestro inter beatos connumerant. Quorũ integritatem eo munere fungendo si imitati fueritis, paria cum eisdem præmia referetis, ac nomen vestrum ab iniu
18 ria mortalitatis vindicabitis. † Iam vero vos causarũ procuratores honestissimi, quæ vestræ sint partes, ex his, quæ diximus, intelligere potestis. Vobis. n. cum aduocatis pleraq; sunt cõmunia, cõmunis igitur admonitio erit. Illud tamen nõ omittam, Damascum, qui primus omniũ procuratoris munus exercuit, tanta gloria inter suos quondam floruisse, vt ex ipso Damascus vrbs Syriæ celeberrima no
19 mẽ acceperit. † Sed iam ad vos venio, scribe & tabelliones quorum opera vt est vitæ hominum reipublicæq; perutilis, ac propemodum necessaria, sic apud veteres in multo maiore, q̃ nunc habebatur honore. Nec ad id officium quisquam prius admittebatur, q̃ cõstitisset, eum honesto loco natum, fidei ac probitatis præstitisse documentum. Vos igitur adhortabor primum, vt veritatem fidemque colatis, his enim neglectis nihil est in republica vano & parum fideli tabellione perniciosius. Deinde vt auaritiã, & improbas exactiones a litigantibus fugiatis, quas vt cohiberet Cato Vticensis quæstor, olim ordinem vestrum immoderatius excedentem, censoria grauitate coercuit.

20 †Hinc emersisse legẽ Clodiã putamus, quę vetabat, ne quis tabellio simul ac negotiator esset. Quam vos patres grauissimi veluti antiquatam, superiore anno iustissime renouastis, cum parum est republica esse intelligeretis, vt is suas & aliorum causas agat, cui causarũ secreta publica fide demandantur. Reliquum est patres qꝫ vos iã video præstolari, finus vt colligam orationis meę, quod equidem libenter faciam, si a vobis id vnum impetrauero, vt studia, cogitatiões, curas, facultates omneis meas, quæ vobis iam diu deuoui, benigne denuo recognoscatis, quod si, vt spero, concedetur a vobis, erit mihi per gratũ, & me deuintietis beneficij memoria sempiterna.

FINIS.

¶Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Po Qq.

Omnes sunt quaterni, præter Qq, qui est quinternus.

¶Romæ Sumptibus Michaelis Tramezzini Veneti.
Cum Priuilegio summi Pontificis, Venetorumqꝫ Senatus. Anno Domini.
M. D. XXXIX.


A
B